& de publ. l. quæcunq; §. qui pupillo. † Bonæ fidei 4
verò econtrà dicitur qui fraude qualibet & fraudis
ſuſpicione caret, vt q̃ a emit vel alio titulo accepit
ab eo quem credebat dominũ eſſe, vel putauit eum
qui vendidit, ius vendẽdi habere, quia credebat eũ
eſſe tutorem vel procuratorem domini. ff. de verb.
ſig. l. bonæ fidei. Eſt ergo huius regulæ intellectus
duplex, & vterq; continet veritatem. Primus dicit † 5
ꝙ ille qui habuit malam fidem tempore poſſeſſio-
nis incohatæ & cõtinuatæ, nullo temporis tractu
ſeu temporis continuatione præſcribit, a etiam ſi a
centum annis vel vltra poſſeſſionem continuaret.
† Secũdus eſt intellectus, quod ſi poſſeſſor tempore 6
inchoatæ poſſesſionis habuit bonam fidem, & con
ſequenter præſcriptionem inchoauit, & poſteà tem
pore procedẽte ſuperuenit mala fides, impedietur
ꝓceſſus, & effectus pręſcriptionis inchoatæ, & ideo
illa verba, vllo tempore, determinare poſſunt præ-
cedentia & ſubſequentia, nam ſecundũ primum de
terminant ſequentia. Secundum vero ſecũdum de
terminant præcedentia. Sed opponitur ſecundum
primum, iure cauetur † ꝙ malæ fidei poſſeſſor præ 7
ſcribit ſaltem ſpatio trigĩta vel quadraginta an-
norum. vt C. de præſcript. trig. anno. l. omnes. Sed
ſciendum eſt quod hic legislator conſiderauit na-
turalem æquitatem diſpoſitioni diuinæ conueniẽ
tem, qua cauetur, quod cum alterius iactura locu-
pletari non decet, ius vero ciuile conſiderauit rigo
rem ex cõſtitutionibus hominum ſuadentibus ali-
quibus

telarum.c,37.incip.exp'oratum iuris est quod facit ad apost.seq.

a Adde dum dicit Dyn. hic pręscriptionem non esse contra ius naturale, quod idem tenent Io; And. hic & Pet. de Anch. & Philip. Franc. col. 2. Abb. Sic.in rub; de pręscrip. col 2. & glo.in c. ius naturale . & ibi Card. Alex. col. 2.post prin & Domi. 1. dist. dicentes ; ꝙ licet pręscriptio sit iniqua respectu priuatę vtilitatis: tñ æqua respectu publicæ: nec ideo seruanda, de quo vide pulchrè Fel. in d. rubr. col. 2. uersi. dú dicit Abb. &c. & quæ res non põt præscribi, & in quibus casibus non currit ꝑscripiio: & quæ personæ nõ possunt præscribere & contra quas non currit præscriptio, vide gl. ampliam in c. cum non liceat.de præscr. & spec.tit. de præscr. per totum. & Abb.in consi. 94.li. 1 & an possessor malæ fidei non possit pręscribere , & iura ciuilia in præscriptione sint correcta iure canonico. vltra Dy. Io. And.in 5. q. & Philip. Franc. hic col.2. & seq. vide Abb in consi.3.qõ. 14 vol. 2 & Bar. in l. priuilegia. C. de sacrosanct. Doct.in c.si diligenti.& in c.vigilanti,. & c. fi.de præsc.& sing. Alex in consi.34.col.2.in prin. lib 3. & in consi. 119.col. 2. in prin vol 4. & Cy.& Doc in auth.malæ fidei,C de præscr. 10 uel 11. ann. Bar. Ang. & mod. in l,sequtur.§. si viam.& Alex.in Apostoli iai.& Bar.ff, de usucap. & Ang. in l.1.C.de præscri 30.ann & Bal in c. si quis per 30. & ibi Card. & Alex. si de feud.controuer. fuer. inter.dom. & agnatum.& Bal. latius in c. fi. de præscri. & Ang.in rep.l, 1.de iudic,& uide Bar, in l,hæc autem iura. ff de seruit. urb, præd.ubi opi.Bar.& in d.§.si uiam.reprobatur, uolendo ꝙ iura ciuila non sint correcta a iure canonico, ubi præscriptio causatur ex negligentia alterius sine aliqua possessione præscribentis. & ipsum Bar, reprehendit Bald, in consi.350.circa fi, lib.2.de quo uide Fel. in d. c,fi, de præscrip, qui enumerat plures Doct,conuersantes cum do Bar.tamen contra Bar.communior est opi, & ibi ponit quatuor declarationes & saluationes &c.

quibus publicis vtilitatibus procedentem , idest vt dominia rerum nõ essent omni tempore indistincta siue incerta, vt ff.de vsucap.l.1.: propter finem faciendi

a litibus imponendum: *a* vt.ff.pro Soc.l.fi.† nam

8 iure ciuili per vsucapionem trienij, quæ procedit in rebus mobilibus, & in qua requiritur titulus & bona fides, quæritur dominium directum: vt ff.de vsucap.l. 3. & de acquir. rerum domi.l. 1. Item in præscriptione 10. vel 20. annorum , quæ procedit

b *b* in immobilibus & in iuribus incorporalibus. vt C.de prescrip.long.temp. l.fi. & de vsufruct.l. corru-

b Adde an per vsucapioné vel præscriptioné quæratur dominiũ directũ aut vtile.gl.& Bar & Bal.Sal.in auth nisi tricennale. C.de bo.mater,glo. Io. Fab. & Ang. Are.Inst de vsuc.in prin & ibi Bal col.2.cũ seq,& gl. Bal & Sal.col.4 & 5. in l.traditionib.C de pact.& ibi Alex.col.2 & gl. in rub. ff. de diuer. & tempo. præsc,& in l,si quis diuturno, ff.si seruit.věd.& gl.in l.si quis. in verb.creditores.& Sal.C,de præsc,30.ann.Spec,tit.de præsc,in prin. Bar in l.3.de vsuc. & in l,Sticho,ff.de vsufr.lega.& latè Imo.in c,fi.col.24.de ꝑscr,& gl.& Ang. in auth, vt ecclesia Rom.in fi.Arch,in c.seruitiũ,18.q.2.& gl. in d,l,3. de vsucap. & Io. And,hic,& Marian.Soc,de Sen, in rub,de cau possess.& propr.versi,18.& Abb, in c,ad aures,& in rub,de præscrip vbi concluditur per doct, cõiter , ꝙ directum dominium non quæritur per præscr 20.vel 30.ann.& vide sing. Fely,in

d rub.de præscr. col, j. qui ponit regulam cum nouem fallentijs, & Alexand. consi. 88. col,3 in princ.versic.probauit.vol, 2 & Ioan.Petr.de Feriar.in forma lib.in actione reali.in verb.iure domini. & Bald.in authen.hoc ius porrectum, C.de sacrosanct.eccle.col.2.in princ.& Bald.in repet.l.fin.col.6.C, de præscr.& Christoph.porc.& ibi Ias.Instit.de usucap 9.prin.in glo.in verb. dominica. & Inn & Abb.Si cu. in c. cæterum. de iud.& Bar.in l. j.§.de nique. ff. de aqua plu. arcen. & ibi p Mod. a Adde Bar. in l. naturaliter in prin.co. 1, ff.de usuc.& text. glo. Cyn. Bar.Bal,& Ale, in l.fi. de edic. diui Had. tollen.& Bar,in l. fi. ff. de eo per quē fa. & Lud. Bologn.in d.l. fi, de ædict.diui Adr.tollen. in suis secūdis interpr.dicens illud procedere præterquā in materia feudali.nā sup est pscriptio ibi fauorabilis. & al leg. Bal. in c.1. §.si quis de mā sor,col.2.d con trouers. inuest. ver.opp.ista litera facit 8. & ibi idem tenet Bar, Alex. col. 1.& adde Angel.Aret. Institu. de usuc. in princ, col.pen. in fi.& Christ, Porcum super rub. eo tit. insti.&

ruptionem. & de seruitu. & aqua. l. penult. in qua requiritur similiter titulus & bona fides, quæritur dominium utile, cuius occasione datur utilis in rē ēt cōtra dominiū habentē directū:ut C.de præscrip. 30.ann.l.si quis emptionis. in prin. & ibi no. † Item 9
in præscript.30. ann. & ēt 40. si possidere bona fide inchoauerit, quæritur sola exceptio contra dominū:ut d.l.si quis emptionis.2.respo. adeò ꝙ mala fides post præscriptionē inchoatā superueniens,nihil præiudicat in aliquo prædictorū.C. de usuf. transf.l. una.§. hoc tātū. Ratio uerò diuersitatis prædictorū est, †quia usucapio triennij est inducta in fauorem 10
possidentis tantùm,& ideo per eam quæritur dominium, ideò quod nihil iuris remanet penes primū dominum:quod ex eo patet, quia lex dicit, ꝙ vsucap.& triennij quæritur dominium:ut d.l.3.de usu cap. & C. de pact. l. traditionibus. constat autem † ꝙ simplex dominij appellatio ad directum refer- 11
tur. ut ff. si ager uecti. emph. l. 1. & ideo fauor iste ampliatur. ut j. eod. cap. odia. præscriptio autem 30. annorum inducta est in odium negligentiū tantùm,non autem in fauorē malæ fidei possessorum: quia istis non fauent iura: ut hic. & C. de agric. & cens.l.quemadmodum. & ideo odium illud restringitur. ut d. c. odia. & l. cum quidam. ff. de libe. & posth. † In præscriptione autem 10. uel 20. annor. 12
uersatur fauor ex parte a possidentis bonā fidem a
habentis. odium uerò ex parte non petentis seu petere negligentis: & ideo in ea eligitur quædam media uia: quia ex ea parte qua dicitur in dicta in fauorem possessoris,quæritur utile dominium possessori. ex ea uerò quæ dicitur inducta in odium negligentis, facit dominium directum remanere penes ipsum negligentem, ratione cuius agere posset

actione

Ri.& Inn.in c.cæterum.de iudi.Et quæ dixit in §. 15. in gl.1.de consuet. feud.

a Adde quantum tempus requiratur in præscriptione rerum mobilium & immobilium ecclesiæ Rom. & aliarum etiam ecclesiarum vt possunt præscribi.Sal.in l.2.C.communia de vsuc col.2. & Alexan.consi 84.col.2.versic. dicimus.lib.1,& in consi.169.incip.viso themate.col. 1, versi. nam ad hoc lib.2 &

actione in rem directa contra alium possessorem, sed non contra eum qui præscripsit: ut d.l. si quis emptionis.& hæc procedunt iuxta prædictam regulam, odia restringi & fauores conuenit ampliari. De iure uero canonico in usucapione triennij, & præscr. 10. uel 20. ann. idem per omnia bona fides fuerit continuata usque ad finem extremi momenti completę præscriptionis,
13 † sed si mala fides superuenerit quandocunque, ante finem præscriptionis completæ, impeditur inchoatæ præscriptionis continuatio: & hoc uolunt dicere uerba regulæ, prout illa uerba, ullo tempore, determinant pręcedentia. Item uidetur hic casus de iure canonico,
14 † quòd nec dominium nec exceptio quęritur præscr.10.uel 20.uel 60. annor. uel etiam centum, uel etiam ullo temporis spatio, cum interuenit mala fides: & hoc intendit regula cū dicitur, ullo tempore determinando sequentia: & hæc uera sunt in rebus laicorum: in rebus uerò ecclesiarum, licet opiniones sint uariæ, uidetur tamen mihi
15 † quod res
a immobiles ecclesiarum a præscribantur à priuato, & ab alia ecclesia spatio quadraginta annorum: ut s. de pręscript. cap. 1. & 2. & in authen. colla.9. de eccle. talis. §. pro temporalibus. C. de sacrosanct. eccle. auth. quas actiones. Idem in bonis uacantibus, quę deferuntur ecclesijs, uel quæ fuerunt hæreticorum, uel alia causa de qua habetur exemplum.

text.Abb. & Fely. in c, ad aures.in prin. de præscr.& Fely. in c. ad audientiam,in versic. vlt. facias regulam. colū 8. eod.tit. & Bal. in conf.180.in fi. lib 3.& Rc. in conf. 59.col. 2 vers. vlt. præmitto. & Paul. de Cast. consi. 215.incip. viso pūcto.in nouis. col 1. & Ange. Are.& Bart. in §. res fisci. & ibi Ias.in addi. ad Porcū Inst. de vsucap. vbi hés. d: præscr. rerum ecclesiæ mobiliū.& per Bald. in l 2.C. ne rei do. vel templo. & per Docto.Mod. in c.fi. de præscri. 3.co.li.& Ang. de Peru in l.1. de an. excepti. Arch in §.quas C.de 50.qō.3 Bal.in c.vigilanti.col.pen. de præscr.& Abb.pulchrè post Cald. & Imo in c.1.col.6 de in integ. restit. Imo.latè in c.illud.col. 2. de præscri.& ibi Bal.in princ. & sal.in L vna.C.de usucap.transf.post prin. & Fel in c.de quarta.col.vlt. de præscrip.& Abb Sicu.in consi.98.col.vlt.lib.1 & decis Parlam.Gratianopol.Delph.q 6,cum seq usque ad 154.& in q.161.& ibi in addit & q.36.

Adde Bal.in l.sicut.in fi. & quod ibi posui in apost. ad ipsum in verb. rem immobilé. ubi citaui Domi.apost il.hic. car.in cle.2.§.irritum.q 3,de ele.do & Ias in auth.quas.actiones,in 1.versi.C.de sacrosan.ecel.& Paul. de Cast. consil. 48.aliàs 52.incip.in causa quæ vertitur.

C.de sacrosan.eccle.l. fi. supra de præscriptio. c. 2.
lib.6.& ratio est aperta : † quia bona hæreticorum 16
ipso iure ex tempore delicti intelliguntur commis-
sa seu confiscata, licet occupari non debeant ante,
q̃ sententia fuerit super crimen promulgata: vt.s̃.
de hære. c. cum secundum leges.lib.6. ff. de iure
fisc.l.1.§.an bona.& l.imperator.& ff.de pub.& ue
ctig.l.commissa.& C.ad leg.Iul.maiest.l.pen. & fi.
& C.vbi causæ fisca.l.1.† sed contra fiscum præscri 17
bitur minori tempore, *a* quia si possideretur cum ti- a
tulo, præscribitur eo tempore, quo præscriberetur
contra priuatum.vt ff de vsuca.l.quamuis.si sine ti-
tulo, siquidem velit possessor inchoare præscriptio
nem, ex eo tempore quo cœperunt vacare, præscri-
bit viginti annis: sed si ex eo tempore quo fuerunt
delata fisco, præscribitur quatuor annis.ff. de iur.
fis.l.j.§. diuus.& §. præscriptio.& de diuer.& tem.
præscri.l.inter quatuor.& l.in omnibus. C. de qua
drien.preſcri.l.1.& ibi no.† Res autem mobiles ec 18
clesiarum vsucapiuntur triennio.cum hoc reperia
tur iure ciuili determinatum. vt d.§. pro tempora
libus,& auth.quas actiones,nec huius contrarium
reperiatur inter canones determinatum : nisi ali-
quis disputando diceret, ꝙ contrarium videtur ca
ueri per cõstitutionem generalem, quæ statuit sim
pliciter quadraginta annos in rebus ecclesiarum.
† Sed ad illud respõdetur, ꝙ statutum generale nõ 19
derogat speciali, suprà de consti.c. 1.lib. 6. sed qui
sustinent opinionem auth.contrariam, dicunt ꝙ il
lud habet locum quando speciale & generale sta-
tuuntur eodem iure : hic *b* autem generale uide- b
tur de iure canonico ; speciale verò de iure ciuili.

quo

a Adde quanto tempore res fiscales præscribantur.vide Doct. in l.2.C. communia de vsucap. Ioan. Fabr. & Ange. Aret. in §.res fisci.instit.de vsucap.& Alex in d.consi. 84. lib.1.& Fely. in c. cum nobis col.5.& seq. & ibi Abb.d. rescrip & quando bona confiscata & delata præscribantur, vide Bald.in consi 308.ante fi.lib.3.& Paul. de Castr. consil. 205. in antiq: ordine meorum. sed numero, anti. est 312. & Io. de Pla. in l.iubemus. versic. qualiter. C. de fun.pat.lib.11. & in l. 1. versi. 3.no. de bo va can.libr. 10.& Chroph. Porc. in d.§. res fisc. & ibi Ias.I addit. vbi ponit 2.fallen.in § si verò expectet. de vsuc. instit. & decis.parlamenti Delphinas. q.406.in princ.

b Adde Ioã. And.& Domi. in c 1. de consue.s̃. eod. lib. & Bald. consi. 152.lib 3. & Iatins. in consil. 401. in 2. vol. & ibi vide qd in statutis. & Alex,cõsi.107. lib. 5. col 2 in prin vers con-firmat. & Ioã. de Imo. in l.si vero §. de viro.ff. sol. mat. & not. ꝙ constitutio gn̄alis nõ comprehendit ea quæ in spe statuere nõ posset.vt no.Lud.in cons.299.col.2 vers.2 & adde no. per Dy. & quæ ibi dico in reg.generi per speciem.fo.40.& Bal.& Doct.mod.in l.cohæredi.§. qui patiẽ. ff.de vulg.& pup.l.& ad no per Dyn.vide in §.1.col.pen.de præscrip.

a Adde, quod mala fides superueniens de iure canonico nocet præscribenti, ut hic. & no. Doct. in c. si diligenti. & c. vigilanti. e. fi. de præscr. secus de iure ciuili vt est tex. & ibi Cyn. Bal. & Ang. in l. vna. C. de vsucap. transfor. & Angel. Aret. Instit. de vsucap. in prin. col. 3 & ibi Christoph. Porc. & pulchrè Ias. in addit. ad eum. & Alexan. in addit. ad Bald. in d. l. vna. & per ipsum Bald. in l. super longi.

quo casu non potest in aliquo derogare. Sed nihil est, quia in d. c. 1. de constit. per summum Pontificē inducebatur constitutio generalis, & per alios consuetudo uel constitutio specialis, & tamen specialis generali derogat. Sed illud contingit per specialē permissionem summi Pontificis, aliàs lex generalis superueniens tolleret specialem præcedentem: ut ff. de sepul. uiola. l. 3. §. diuus. Sed adhuc uidetur

20 o mihi inhærendum primæ opinioni. †quia constitutio quæ loquit̄ indefinitè, nō æquipollet uniuersali, quando non est eadem ratio & conditio oīum particularium in uniuerso comprehensorum, ut ostensum est s. in prin. rub. constat autem aliam esse rationem, & conditionem mobilium, & immobilium, ergo constitutio prolata simpliciter reducitur ad distinctionem authē. Romana uerò ecclesia sola de iure communi gaudet præscriptione centū annorum, ut s. de prescri. c. 2. lib. 6. & in authen. ut

21 ecclesia Roma. colla. 3. †Secundò opponitur, quia uidetur quod licet mala fides ab initio interueniens impediat præscriptionem inchoari non tamen tollit effectum inchoatæ, quia quæ ab initio aliquid fieri impediūt, ex postfacto superuenientia nō tollunt iam factū, ut j. eod. factum legitimè. ff. eo. l. in

a ambiguis. §. non est nouum. Sed solutio a patet †quod

22 si factum est perfectum, casus superueniens qui ab initio impediret non tollit iam factum, vt in prædicta regula, factum legitimè, & in præalleg. §. non est nouum, sed ubi factum erat inchoatū & nō perfectū, casus superueniens qui ab initio impediret ī choari, impedit etiam perfici inchoatū. ita loquit̄ hic

col. 3. C. de præscrip. lōg. tēp. 10. vel 20 ann. & Bart in l naturaliter. ff. de vsucap. sed superuenientia, maximè fidei post cōpletam præscriptionē non nocet in foro conscientiæ: vt no. Abbas post Card. & Imol. in c. vigilanti. de præscrip. & Angel. Aret. de vsuca. in prin. col. 3. & Ioan. And. hic. Bald. in l eum quis. C. de iur. & fac. igno. & Petr. de Ancha. hic col. 22. versicu. quæro circa dubium, & vide Ludo. de Ro. in rubr. de arbit. 2. col. Imol. in c. fi. de præscr. Ange. in repet. l. 1. C de iudi. Bal. in d. c vigilāti, per plura iura, maximè per tex. meliorē, de iur. & gl. incognita secundū eum in l. 1. §. si eū l. seq. ff. d itin. actuq; priu. ibi, neque enim corrumpi aut mutari superueniente delicto potest, quod legitimè transactum est, vide Fel. in d c. vigilanti. col. vlt. versi. superuenientia. Et Abb. Sicu. in consi. 3. q. 1. & seq. vol. 2.

a Adde Cyn & Bal.in l.placuit. C.de iudi quæ alleg. hic Dyn.& vide Barto. & Docto.in l. 1. C.de legibus & plenè per Docto. post gl. in c.fin.de transac.per Spec.titu de leg §.dispensatio.versicu.notandum,cum seq.& Alexan in d.l placuit,& per Fel.in c.vigilanti.colum.4 versu.5.de præscr.& Bart.in l 1 ff.de vsucap.& Fel.in c.cum illorum,col.3.de sent.exc. & in c.2.col.1. de re iudica.

b Adde quãdo requiratur in præscr. titulus & bona fides. Docto.& maximè Felin. melius quam alibi in c. de 4. col.6. versi.sed ad cognoscendum. de præsc. vbi ponit plures doctrinas multipliciter limitatas, & glo. Abb. & Fel.in c. si diligenti. Ver. cæterum col 6.cũ seq.de præscri. Ioan. Fab. & Ange. Aret. Institu.de vsuca.in prin. & Bar.in l.Celsus. ff. de vsuc. & Alex.consi. 87.col.pen.ver. stante.lib.2.& in consil. 136. col.1.versi.vel etiam eo l. lib. & Bal. in repe. l. fi. C de præscrip. & Alex. cõsi.99 per totum lib. 4. vbi ponit quid de iure ciuili & canonico. & per Bald. in l. nullo iusto.C.de rei vend.& ibi vide Sal & Alex.consi.74. col.pen.versic.circa secundum lib.3.& Rom.consi 167 versicu.quo ad tertium, colum.2 & Alexan. consi.in prin lib.5 & in consi 141.in prin. eodem lib 10. & Alber.de Rosa, in Dictionario suo:in litera, præscr. versicu.an vna ecclesia, vbi ponit ꝙ ad complendam præscriptionem, quatuor requiruntur, scilicet continuatio, tempo-

hic prædicta solutio. probatur ff. de verb.oblig.l. si
sub vna.§.si quis,& l.pluribus.§.& si placeat, de ser
uitut.l.pro parte, & de seruitut.rusti.prædi.l.via.§.
quicunq; & plenè dr ĩ.eo.c.factum, per quod patet
† ꝙ ius canonicum rectius ꝓcedit circa tractatum 23
præscriptionũ q̃ ius ciuile, secundũ generales & cõ
munes regulas.Tertiò opponitur & vr̃ quod quan-
tumcunq; omni tempore interuenit bona fides prę
scriptio non possit procedere:constat.n.quod æqui
tas naturalis scripta, est, qua cauetur neminem cũ
alterius iactura locupletari debere:vt ff.eo.l.iure na
turæ,& de cõd.inde.nã hoc natura.& de institu.act.
l.si quis mancipium.§. Proculus.†Cum ergo rigor 24
iuris præscriptionem inducens simpliciter scriptus
reperiatur,præualere debet æquitas naturalis.C.de
iudic.l.placuit.& ff.depo.l.bona fides. Sed dicendũ
a est,ꝙ vbi reperitur æquitas scripta in genere,& ri a
gor cõtrarius in genere,pręualet æquitas:sed vbi re
peritur æquitas, scripta in genere, rigor in specie.
sicut est in proposito,quia æquitas generali natura
liter dictat neminem debere cum alterius detrimẽ
to locupletari:rigor verò dictat specialiter præscri-
ptiones procedere in alterius damnum,fauore bo-
næfidei possessoris, in odium negligentium,pręfer
tur rigor: quia in iure nostro generi per speciem
derogatur,vt ĩ. eo.generi.ff. eo.l. semper in iure.cũ
multis simi. † Quærendum est autem vtrũ de iure 25
canonico req̃ratur in p̃scr. titulus *b* & bona fides, b
vel an sufficiat bona fides tantum sine titulo, nã de
iure ciuili constat,ꝙ in vsuca. triennij & in præscri-

ptione

ris,

ris, seu possessionis, bona fides, iustus titulus verus siue præsumptus, & q res non sit uitiosa, sed præscriptibilis &c. & Alb. in d. l. Celsus, de vsucap. tex. & Sal. in l. fi. C. de vsucap. pro hærede. & glos. in cap. 1 & ibi Doct. de præscr s. eod. libr. & Ang. Aret & Ias. in §. sed iste, de actio. & Cepol. in cautela 105. & Ang. in l. in seruorum. C. in quibus caus. cessat longi tempo. præscrip. 10. & vide in seq. q. in princip. & in 5. q. & quæ ibi dico, & decis. Capellæ Tholos. decis. 74

ptione 10. vel 20. ann. requiritur ti. & non sufficeret bona fides. C. de rei vendi. l. nullo. & ff. de vsucap. l. Celsus, vel saltem error facti probabilis, qui titulo æquipollet, vt ff. pro empt. l. quod vulgò & vsucap. l. non solum. §. quod uulgò. & de iure dot. l. Proculus & de usucap. pro lega. l. pro legato & pro suo l. si ancillam. §. fi. & notari solet ad plenum in l. præal-
26 leg. Celsus. †In præscriptione autem 30. uel 40. ann. nec tit. nec bona fides requiritur, cum etiam fures præscribant 30. uel 40. annis, vt C. de præscript. 30. uel 40 ann. l. omnes, & hoc si agatur de præscribendis rebus priuatorum, sed si de rebus ecclesiarum tunc etiam in præscrip. 40. anno. titulus. & bona fides requiritur, sicut in præscriptione priuatorum spatio 10. uel 20. ann. ut C. de sacrosan. eccles. auth. quas actiones, & in auth. de eccle. titu. §. pro tem-
27 poralibus. †de iure uerò canonum, iure ueteri uidebatur requiri bona fides & titulus, licet in hac fuerint opinion. ut s. de præscrip. c. si diligenti, iure uero nouissimo distinguitur rationabiliter, quia in rebus ecclesiasticis quæ possint possideri iure cõmuni, nec præsumptio est contra possessores, suffi-
28 cit bona fides. †Sed in his quæ de iure communi nequeunt possideri, uel contra possessorem est præsumptio, bona fides non sufficit, sed est necessarius titulus, qui possessori causam tribuat præscribẽdi, nisi tanti temporis allegetur præscriptio, cuius con-
29 trarij memoria non existat, ut s. de præscrip. ca. 1. † Transcursus. n. temporis cuius contrarij memoria non existit loco tituli a habet, ut ff. de aq. pluu. arc. l. 1.

Adde Bal. in c. si col. & Ver. quis tamen vel let facere, de præscr. vbi ponit vnam cautelã per quam pôt præscribi cũ mala fide. & licet alias ponit Thom. Ferra in suo tractatu cautelarũ caute. 38. incip explorati iuris est.

a Adde glo & Abb. in c. super quibusdam. de verb. sig. & in c. quando, de consue. & glo. sing. Domi. & Dosio. moder. in c 1. de præscrip. supra eo. lib. Bald. in l. si arbiter. tam in antiqua, quã in noua lectura. ff. de proba. & Ioã. de Plat. in l. vsus aquæ. C. de aquæ l. lib. 11. Barto. & Doctores in l. 1. §. item Labeo. ff. de aqua pluuia arcenda. & Bald. in l. conuenticulam. colum. 5. C. de episco. & cler. & Innoc. in cap. quod per nouale, & c. ueniens, de verb. sig. & quod no. Abb in cap. super eo 1. de parochis. & pulchriè Fel. in c. causam. colum. 2. versic. signa theoricam. de præscr. & quæ dixi in q. 1. de præscr. & in q. 9. de consuetu. præd. in lib. consuetu. Biturigum. &

q ualiter probent non ſtare me noriam in contrarium vide Doct. ſuprà alle. Alex.in conſil 68.col.2.& in conſil 136.6 colum.verſi. ſed ad hæc. lib. 2.& ad prædicta vide Alex.conſi.6 colum j & in conſi 7.lib j. Spec & Ioan Andr. in titu de prob.§ j. verſicu.vlti.qualiter fiet probatio.& Old. conſi.253 & modus probandi præſcriptionem centum annor. vide per Abba. & Fel. in ca. cum nobis col. 4. poſt princ. verſ. vlterius. de præſcrip. & per Fel.in c.veniens. Io.2. de teſti.& Bal in aut. quas actio nes. col. vlt.C. de ſacroſan. ecclé.& Bar. conſi.289. col. 2.& Abb.Sic.in conſi 7. & côſi.18. vol. 2. & deci. Parla. Grano polis Delphinalis.q. 367 & ibi in addi. & Cepo. in conſi. 22. coll. 3. in prin. & Cald. in conſi. fin. ti. de conſuet.

l. 1. § fi. & l. 2. & l. fin. & de aqua quotidiana, & æſti-
ua. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ¶ † Item nunquid in 30
præſcribendis rebus incorporalibus ſit neceſſaria
bona fides, *a* & titulus, vel an ſufficiat bona fides? a
Et dicendum eſt etiam de iure ciuili, ꝙ ſufficiat bo
na fides, nec eſt opus probare titulum, vt ff. ſi ſer-
uit. vend. l. ſi quis diuturno. ¶ † Quare autem in præ- 31
ſcriptione rerum corporalium titulus requiratur,
& non in præſcriptione rerum incorporalium, ra-
tio eſt, quia vbi maius periculum imminet, ibi cau
tius eſt agendum, vt ff. de Carb. edict. l. 1. §. ſed & ſi
quis. Sed in præſcriptione rerum corporalium ma
ius periculum & præiudicium paratur, quia rei do
minium aufertur: ſed in præſcriptione ſeruitutis
non aufertur dominium rei ſed ſubijcitur res ſpe
ciei alicuius ſeruitutis debitæ præſcribenti. ¶ † Nũ 32
quid autem ſit opus ſaltem allegare titulum, & lon
gæuam quaſi poſſeſſionem probare? videtur quòd
ſic. *b* vt ff. de vſur. l. cum de in rem verſo ſed dicen- b
dum

Tu dic vt p̄ſcriptio tanti temporis cuius non ſit memoria, in ꝯtrium proberur. debet certus actus articulari. vt ponit multũ notabiliter Spec. in tit. de probatio. §. 1. ver. vlt quærit, & ſeq. & ver. quid teſtes, & ver. & not. & Flor. in l. ſeruitutes. col. 18. ff. de ſeruit.

a Adde Abb. in c. de quarta col. vlt. & ibi Fel colum. 15. & pen. de præſcrip. multum amplè. & an requiratur ſcientia aduerſarij, vide ibi & per Innoc in c. bonæ, el ſecundo. de poſtulat. prælat. & in c. conquerente. de offi. ordi. & Bal. in l. fi C. de præſcr. long. temp. & in l. 2. col. 1 C. de ſeruit. & aqua. & vide pulchrè Bal. Inſtit. de ſeru. §. 1 col 2. ver. ſed in dubium reuoco. & Per. de Ancha. in reg. ſequen. col. 13. verſi 9 opp. & Pau. de Caſt. conſi. 28 in nouis, & c. Dyn. in d. l. 1. in 3. q. C. de ſeru. & aqua. & Bar. in l. ſeruitutis. ff. de ſeruit. & Ang. Aret. in §. æquè ſi agat. colu. 6. verſi. quomodo autem probetur, & ibi Io, Fab. & Iaſ. May. inſtit de act. & Flor. de S. Petro in d. l. ſeruitutes, vbi ponit ſeptem ſpecialia in præſcrip. iuris incorporalis, & vide quæ dixi in. §. 5. de præſcrip. libro Conſuet. ad iſtam & ſeq. quæſtionem.

b Adde ꝙ hanc opi. tenet Inno. in c. cum dilectus, in fi. de conſuet. & gl. Bart. in l. ſeruitutes ff. de ſeruit. gl. & Bar to. in l. 1 §. denique. ff. de aqua plu. aren. & Ang. Aret. in §. æquè ſi agat. colum. 7 verſi. cautela eſt. Inſtit. de actio. per l. cum de in rem verſo, & tenet. Flor. in d. l. ſeruitutes, & Ioan. de Imo. in d. l. 1. §. de aqua plu. arcen. Bald. Ang. & Imo. in d. l. qui aliena. § 1 de acquir. hæred.

hæred. licet Vltramontani teneant cum Dyn. contrarium, & Ang. in repet certis annis. C. de pact. tñ alia est cõis opi, à qua non est recedendum, & tei Alex. in d.l. si certis annis, col. vlt. vers. non omitto. & Bar. in disputa. incip. mu lier habens. col. pen. versi. circa tertium, & Bal. in §.1. colum. pen. versi alterius quæritur. Instit. & Bar. in cõsi. 189. incip. primò quęritur, col. 2. qui allegat Dy. ita tenere non tamen hic, sed Alexa. in d.l. si certis annis. allegat Dy. in §. equè si agat. institu. de actio. & sic Dyn. est sibi contrarius vt patet, vide Alex. in consil. 108 in fi. lib. 2. & Sal. i l. si certis annis, & Felin. in cą. cũm, col. 3. ver. nihilominus. in c. de quarta. col. 15. versic. 2. fallit de rescri. Inno. & Abb. in c. si diligenti. eod. tit. But. & Ab. in c. peruenit. de censi. Bal. in l. cũ de in rem verso. in antiqua lect. ff. de vsur. & Ias. in §. prçiudiciales. col. 15. ver. & primò. Insti. de actio.

dum est, ꝙ non de iure ciuili vt dictum est. l. si quis diuturno, & de aqua pluu. arcen. l. 1. §. fi. & ad l. cum de in rem verso, respondendum erit quòd ibi agebatur de persona astringenda seu obligãda ad aliquam præstationem. Propterea est necessaria saltem tituli allegatio, cum ad obligationem personalem inducendã necessaria est causa vera vel præsumpta, vt ff. de doli excep. l. 2. §. circa. & de proba. l. cũ de indebito. §. fi. ratione prædicta, scilicet quia
33 vbi maius periculũ, &c. † Item nunquid in præscribẽdo vsumfructũ requiritur titulus, videtur quòd non, quia illud ius seruatur in præscribendo vsumfructum quod seruatur in alijs præscribendis seruitutibus. vt C. de præscri. long. temp. l. fi. econtrà videtur (& est verum de iure ciuili) ꝙ titulus requiratur, vsusfructus est dominij pars, vt ff. de fideiuss.
34 l. si à reo. §. si vero. ff. de vsufr. l. 4. † vnde qua ratione in præscriptione dominij requiritur titulus, vt d. l. nullo. & l. Celsus eadem ratione, & in præscriptione vsusfruc. & ad l. fi. de long. temp. præscript. dicentem idem seruandum esse in vsufruc. quod in cæteris seruitutibus, verum est quantum ad temporis limitationem, hoc est vt eodem tempore præscribatur quo & cæteræ seruitutes, non quantum ad alia, vt hic, & hoc de iure ciuili, sed secus de iu-
35 re canonico, † cum usus fructus a possideri possit a iure communi. ut ff. de acq. pos. l. naturaliter. & l. possessio.

a Adde Abb. in c. de quarta. col. 6. de præscr & Bar. in l. iusto errore non muiat. ff. de vsucap. & gl. & cy. in l. corruptionẽ & ibi Bal. C. de vsufr. & pulchrè Bal. in repet. l. fi. col. 19. cum seq. C. de præscri. long. temp. & Bal. ibi in lectura. col. vlt & Bal. insti. de seruit. §. 1. col. vlt. Io. Fab. & Ang. A ret. col. 7. post prin. & ibi Ias. Instit. de act. §. æquè si agat, & ibi vide qd de iuribus personalibus & spiritualibus & spirituali annexis, vt est ius patronatus, vt c. quando, de iudic. & per Bal. in l. 2. ver. quarto quarto si volo præscribere. C. de seruitu. quia prçscribuntur spatio 40. anno facit quod no. in c. consultationibus de iure patro & Roc. de Cur in tract. de iure patro.

Adde ꝙ vsufructuarius possideat, scilicet naturaliter vt no. Alex. post Bart.

&

& Doct in alleg.l.naturaliter. Bart. in l.si fur,in 1.not.ff.de vsur. & in l.1.in.ff. prin.versic. quæro extra gl & ibi posui in additi.ad ipsum.ff.de acq.posses.& in l. si quis,cum glo.in versi.tradatur. C de dona vbi dicitur, ꝙ per retentionem vsusfructus,possessio ciuilis in donatarium transfertur,ergo naturalis remanet donatio,& sic vsufructuario,& Alex. omnino in l.2 §.possessor.ff.qui satisd.coganteur.

possessio. & de vi & vi arma.l.3.§.vti frui. præscribi
poterit ēt sine tit.dum tamen bona fides accedat,vt
in præall.c.1.de præs.lib.6.vel transcursus temporis
à quo memoria non extet.†Item quærendum est v- 36
trū bona fides requiratur,etiam tēpore contractus,
& tempore traditionis & tempore continuatæ pos
sessionis. *a* Et dicendum est de iure ciuili ꝙ in titu. a
emptionis & vendit. requiritur bona fides,vel pro-
babilis error facti, qui bonæfidei præsumptionē in
ducat tempore cōtractus & tempore traditionis.in
cæteris verò requiritur tempore traditionis tantū:
vt ff.de vsuc.l.si is qui pro emptore.§.fi. & pro solu.
l.si existimans,& pro empto.l.2.in prin.† Sed de iu- 37
re canonico non requiritur bona fides tempore cō
tractus in his, quę de iure communi possunt possi-
deri, cum sine titulo præscribantur, vt dictum est :
sed tempore traditionis & continuatæ possessionis
vsq; in finem completæ pręscriptionis, vt patet per
verba regulæ:in his verò quæ nō possunt de iure cō
muni possideri,in quibus præscribendis requiritur
titulus, dicendum foret ꝙ bona fides non requirat
tēpore contractus & tempore traditionis & conti-
nuatæ possessionis in tit.emptionis,in cæteris verò
requiritur tempore contractus , & tēpore traditio-
nis & continuatæ possessionis,nisi post tempus con
tractus mala fide celebrati error facti probabilis in
terueniat qui malæ fidei præcedentis suspicionem
remoueat. †Item quærēdū est si possessor errauit in 38
facto. *b* vtrū dicatur malefidei vel bonę fidei posses- b
sor? & dicendū est ꝙ error facti probabilis prodest:
quia

a Adde an oī tpe contractus traditionis & possessionis continuatæ sic necessaria bona fides. Bar.in l.2. ff. pro empto. & Ang. Are.in institu.de rerum diuisio.§.si qs a nō dño. in 1. gl.& in §. actio nū col.2. ppe finē de actio.

b Adde ad istā & seq q. Abb. in c.si diligenti. col. 5. & in cap.de quarta. colū 2. & pulchrè ibi Felin. col. 7. vers. qñ in præscriptione. de pręscrip. & Christoph. Por. in institu.de usucap. in glo. error. & Ang. Aret. in §. nouissimè.col.2. eo. tit. Cyn. & Bal.in l. vendicationi C. pro empto. & Bal. in l. nullo.C.de rei uend. & Ludo. Rom. in suis sing. fo 3. incip.vlt. & Alex.consi. 73. col.pen.ver.vnde dictus.lib.2,& in consi. 46. pen. col. uer. & no lib.3. vbi dicit, ꝙ error iuris non causat bonam fidem quo ad præscriptionem etiam longi temp vt probat.glo. iuncto. tex. in c. apostolicæ, de donat.& tenet Dyn. hic in sequen. & clarius per Pau. de Cast.in l. Celsus. 2.colum,ff.de vsucap. & Barb. in c.pastoralis.de dona. & Abb.in cap.1.de his

quæ

quæ si à prælat. Vide Doct. in proxima postil alle. & Abb. Sicul. in consi. 19. vol. 2. de errore iuris. Ioan. de Imo. in consi 98. iuxta fin.

a Plene no. Sed gl. Bar. & omnes Doct. ibi & vbiq; in hoc errant, quia veritas est, quod in d. l. si vir vxori. denotarius etiam si nõ erret in iure, sed sciat. donationẽ non valere, tñ statim vsucapit, vel præscribit, vt est tex. in l. sed etsi constan te. de don. inter vir. & vxo. quæ ita debet intelligi, ut dixi in nouis intellec. & ratio est, quia donatarius nõ præscribit sibi, nisi in casu cõfirmãdæ donatiõis, puta morte donatarij. l. cum hic sta. in prin. de do. inter vir. & vxo. alias vsucapit donatori, vt simile in l. si alienam. l. qui alienam, de dona. cau. mor.

quia bonæfidei apertam præsumptionẽ inducit, vt ff. de vsuc. l. iusto errore. §. filius, & l. non solũ. §. quod
39 vulgò, & pro emp. l. quod vulgò. ¶ † Itẽ quæri potest, si errans in iure dicatur bonę fidei vel malæ fidei possessor? Et dicendum est quod licet quantum ad fructus perceptos, dicatur bonę fidei, in hoc. s. vt ad restitutionem eorũ non teneatur, vt ff. de petitio. hæred. l. sed & si lege. §. scire, tamen quantum ad præscriptionẽ, pro malæfidei possessore habetur. vt ff. de vsucap. l. si fur. §. 1. iuris. n. ignorantia in vsuc. non toleratur, vt ff. de vsucap. l. nunquã, in prin. & de iuris & facti
40 ignor. l. iuris ignorantia. ¶ † Item quærendum est si errauit in iure & in facto simul, vtrũ dicatur bonæ fidei vel malæ fidei possessor? & videtur primò quod bonæ fidei, quasi magis attendi debeat quod proficiat, quam quod noceat. argu. ff. de iure fisci. l. nõ intelligitur. §. si quis palam. Econtrà videtur quod malæfidei, quasi magis consideretur illa de pluribus causis simul concurrentibus, quæ nocet, quam quæ prodest. arg. ff. ex quibus caus. in possess. ea. l. Fulcinius. §. quid ergo si duas, & ad Syllan. l. si quis in graui. §. vlt. & l. qui posthumus. Sed dici potest quod bonæ fidei reputetur, & quod præscribere possit, vt probatur. ff.
a pro donat. l. si vir vxori, & ibi plenè nota. a † Ratio
41 autem est, quia error facti cum errore iuris cõcurrens, inducit bonæ fidei pręsumptionem, & eius oppositum remouet, sed in §. quid ergo si duas, & l. si quis in graui. § vlt. & l. qui posthumus, constabat de mala fide, & ideo per aliam causam concurrentem, quæ est de bona fide, nõ amouetur veritas malæ fidei de qua constat: cũ in incertis, non certis locus sit coniecturis, vt ff. de ver. obli. l. continuus. §. cum ita. aliás, si de mala fide non constaret, præsum
42 ptionẽ induceret. ¶ † Itẽ quæri posset si defunctus habuit malam fidem, & hæres bonam, vtrum bona fides

Adde an errans in iure & in facto simul, dicatur bonæ fidei possessor. Bar. in l. si vir. ff pro dona. & Bal. in l venditioni C. pro emp & in l nullo C. de rei vẽdi a. & Fel. in d. c. de quarta col 13. versi. limit. 5. & vide & ad istam qõnẽ. & præcedentes vide Ludo. Bolog. in l. cũ vir. de vsuc. in secũdis interpre. & in c. cum dilectus, de consue. in primis inter

fides hæredis prodesse debeat? Et econtrà si defunctus bonam fidem & hæres malam, an mala hæredis nocere debeat? & cum mala fides defuncti noceat hæredi, quia propter fictionem identitatis personæ, existimatur successor uitiorum & culpæ defuncti, ut ff. de diuer. & temp. præscrip. l. cum hæres, & de publi. l. si ego §. partus. uidetur quod bona prodesse debeat etiam accedens malæ, cum contrariorum eadem sit disciplina, & uidetur probari. ff. de publicia. l. eum qui. §. in hac actione, & pro empto. l. 2. §. si defunctus, sed uerbi regulæ huius quæstionem soluunt, *a* quia † quocunq; tempore mala a
la fides interueniat ante præscriptionem comple- 34
tam, impedit præscriptionem compleri, & propterea siue defunctus, siue hęres habeat malam fidem, sequitur ꝙ impediatur præscriptio. Posset tamen aliquis dicere de æquitate canonica, ꝙ si defunctus habuit malam fidem & hæres bonam, & uellet hæres à se præscriptionem inchoare, *b* ꝙ posset præ- b
scri-

pret. & Abb. Sicul in consi. 3. q. 19. vol 2.

a Soluunt. Sed loquuntur tantum de tempore malefidei, quia qualitas iuncta verbo (& idem de nomine verbali) intelligitur, secundum tẽpus verbi. l. delictis §. 1. ff. de noxal. actio. & sic solutio est, ꝙ hæres bonæfidei non impeditur iure canonico præscribere, prout aliàs de iure ciuili, & sic tam iure ciuili disponente, q̃ canonico non impediente, imò tacitè concedente. arg. c. ca 2 de op. no. nunc hæres longissimo tẽpore p̃scribit. & est veritas: quicquid Dy. hic dicat. Et ita q̃ Dy. Alex. cõs. 31. nu 7. lib. 5. ibi in annot. dixi. Phili. Corn. consi 276. litera O. lib. 3. Decius consi 303. nu. 6. vbi in anno a. dixi.

b Adde, ꝙ q̃ Dyn. hic tenet Abb. in c. si diligenti de præscrip. ꝙ imò mala fides defuncti impediat præscriptionem hæredis volentis eam de nouo inchoare, & tenet do Abb. in c. nihil. col. 3. eo. tit. Butr. in d. c. si diligenti. Imo in c. fi. col. 2. eo. tit. dicens, ꝙ iura allegata per Dyn. hic loquuntur in successore qui non causat ius à defuncto, vt prælatus, & tenet idem Bar. in l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acquir. poss & Bal. in auth. ad hæc, versi. sed quid dicemus, de hæredi C. de vsu. col 4. Lud de Rom. in consi. 169. col 2. & in consi. 201. col. 2. & Abb. consi. 19. 2. vol. & in consi. 2. incip. uitar in præsenti. col. 23. q. 14. eo. vol. vbi dicit dictum Dy. procedere in terris ecclesiæ, non autem in terris imperij, vbi debet seruari ius ciuile, ex quo potest seruari sine peccato, & contra Dyn. tenet Alexan. in consi. 84. lib. 1. & in d. l. Pomponius. §. cum quis, col. 12. & in consi. 4 col. penul. 3. vol. & in consi. 38 eod. vol. & in consi. 231. col 3. eod. lib. sed opi. Dyn. tenet Barto. in l. cum hæres. ff de diuer & temp. præscrip. & in l. vitia. C. de acquir. poss. Imo. in c. illud. colum. 2. de præscrip. Ang. Aret. instit. de vsucap. §. sed tamen id. dicit, ꝙ licet possit hæres. inchoare ex persona sua, tamen tenetur exonerare animam defuncti, & idem Alex. in consi 50 1. vol. colum. 3. ver. quin imo. & opi. Dyn. sequitur Bald. in l. eum qui § in hac actione. ff. de public. & in l. nihil. C. de vsuca. Pro hærede. de quo late Maria. de Senis in rub. de causa pos. & proprie. in 3. tract. art 4 versic 6. competit publiciana, vbi probat, ꝙ etiam in terris imperij si hæres non vult vti adminiculo defuncti, præscribit

cum

cum bona fide: non obstante ꝙ probetur mala fides defuncti. sed Ange. in l. si ergo.§. partus. ff. de pub. act. dicit Dyn. procedere in terris ecclesiæ, &c. plura etiam circa materiam acumulat Alexand. in d. l. cum hæres. in additionibus ad Bart. & plenius in d. l. Pomponius. §. cum quis. col. 12 sed Fel. in d. c. si diligenti. col. 5. ver. contra opi. famosam Dyn. dicens, ꝙ pauci sunt qui recedát à prima

scribere; cum in præscriptionibus rerum quæ possideri possunt iure communi, titulus nõ requiratur. vt in d. c. 1. suprà de præscrip. li. 6. sicut dicitur de successore singulari volente a se prescriptionẽ inchoare: vt ff. de acqui. pos. l. Pomponius. §. cum quis. Sed rigor iuris ciuilis qui per malam fidem defunctis, malæfidei præsumptionem in hæredem transfundit, vt d. l. cum hæres. & in præallegato. §.
44 partus hoc non patit. † Vndecimò & ultimo quę
a ri potest, an in præscribenda libertate *a* contra seruitutẽ sit necessarius titulus? & dicendum est ꝙ non:

opi. qa cõ/or est contra Dy. sed secundum eũ opin. potest habere locum in duobus casibus. quos vide ibi per eum. & Alex. vbi s. & adde ad supra dicta Paul. de Cast. cõs. 259. in nouis & Al. lib 1. col. 3. in fi vers. 2. Cyn & Imol. l seq §. hæres. ff. de vsucap. & Alexand. consi. 3. colum vlti. in prin 5. vol. & in consi. 99. colum. 1. versic. & ideo. lib. 4. & Ange. in §. furtiuæ. Instit. de vsucap. & in §. sed iste. colum. 14. de actio. qui ponit. 12. limit. ad auth. malæ fidei. C. præscrip. long. temp. & ibi vide Cyn & Abb. & Fely. in c. de quarta. colum. 7. versic. si mirum. vbi ponunt ꝙ mala fides defuncti non nocet successori in beneficio, sicut nocet hæredi vniuersali quia non habet ius à defuncto sicut hæres. idem tenet glo. in regula, cum qui. j. eo. c. & Abb in c. cura. de iure patr. & sequitur Imol. in dict c. si de præscriptis. colum 3. vt s. dixi in princip. vide Christopho Por. & ibi Ias. in additio. in §. res fisci. institu. de vsuc. gloss. & Salic. in l. 2. C. de vsucap pro hærede. & Bart. Bald. in l. si ego. § partus. ff. de publi. & Ludo. Bolog. in l. tutor rerum. ff. de admini. tuto. in primis interpre. & Decis. Parla. Delphin. quæst 416. & Ioan. de Imol. consi. 44. colum. 2. versi. circa. secundum

Tu adde, ꝙ origi. dictum Dyn. est verum, vt plenè notat Paul. de Castr. in l. 4 §. hæres ff. de vsucap. licet ipse sibi contrarius tenuerit oppositum in l. si quis sub conditione. in fin. ff. de condit. institut. & in l. sequitur. § si viam. ff de vsucap. & consi. 190. incip hæreditas dictæ puellę quam etiam tenuit Rapha. Cuma. consi. 67. incip. statuto ciuitatis Vicentinæ. Sed contraria opinio est communior: vt dixit Domi apostil & Rom. consi. 13. incip. conclusionem prædictam Decis. vbi dicit opin. Dyn, hic esse falsam. Idem nec Alexand. consi. 4. incip videretur, inspectis his quæ in themate suprascripto proponuntur. col fin. vol. 2. & Domi. meus do. Ias. in l. Pomponius. §. si quis adminiculo. ff. de acquir poss.

a Adde Cyn. in l. 1. 3. q. C. de seruit. & aqua, & Ang. Are. in §. æquè si agat. col. vlti. vers. dixi de seruitute. de act. instit. & Bald. in § 1. col. 2. vers. sed in dubium reuoco Instit. de seruitu. vbi plenè distinguit inter libertatem seruitutis rusticæ & vrbanæ. idem Bar. in l 2, auth iura, ff. de seruit. vrb. præd. & vide Bar. in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsu. & de libert. præscrib. cõtra ecclesiã, vide Inn. Imo. Abb. & Soci. in c. de quarta col. 14. versi. vtrum in præscribenda. de præscrip.

non:quia fauorabilibus est ius præscribendę libertati seruitutē, quàm contra libertatem præscribendi seruitutem : vt ff.de vsucap.l.sequitur.§.vlt. Cum igitur in præscribenda seruitute,non sit necessarius titulus. vt d.l. si quis diuturno.& suprà de præscri.c.1.moltominus erit necessarius in præscribenda libertate contraria seruituti. Item hoc est quasi expressum, ff. de seruit. vrb.præd.l.si ædes. in prin.& ibi nota.

IN REG. POSSESSIONE. ARG.

1 *Præscriptio sine possessione non potest procedere.*
2 *Præscriptio ad immobilia,vsucapio ad mobilia propriè referuntur.*
3 *Incorporalia possideri dicuntur.*
4 *Interdictum vti possidetis,non nisi possidenti confertur.*
5 *Præscriptio in corporalibus sine vera possessione, in incorporalibus autem sine quasi possessione non inchoatur.*
6 *Tignum domui coniunctum non possidetur.*
7 *Vsucapio sine possessione inchoari nequit.*
8 *Vsucapio interrumpitur,si vsucapiens possessione priuetur.*
9 *Possessionis defuncti continuatio in personam hæredis impeditur . si per alium apprehendatur.*
10 *Captus ab hostibus possidere non potest,igitur nec præscribere.*
11 *Fictio postliminij quando ad possessionem in facto consistentem extendatur.*
12 *Ignorans quare possessionem,quærere nequeat.*
13 *Ignorans per procuratorem potest quærere possessionem.*
14 *Possessio quæ necessaria sit ad præscriptionem.*
15 *Possessionis duæ differentes species reperiuntur,naturalis scilicet, & ciuilis.& nu.20.*
16 *Possidere eandem rem eadem possessionis specie duo nequeunt .*
17 *Interdictum vti possidetis quibus concedi soleat .*
18 *Possessio naturalis an differat à possessione pro suo .*
19 *Interdictum vnde vi proprietario conceditur & vsufructuario.*
21 *Qualitates possidendi contrariæ non concurrunt in eadem substantia.*
22 *Effectus idem producitur ab his quæ sunt eiusdem speciei.*
23 *Pupillus possessionem naturalem sine tutoris autoritate non potest alienare .*
24 *Possessio naturalis an tantum accidentaliter differat à ciuili.*
25 *Possessio quare pedum positio appelletur.*
26 *Clandestinitas præcedens nō remonetur per violentiā superuenientē.*
27 *Ciuilis & naturalis non ponunt differentias substantiales inter possessiones .*

Dif-

27 *Diffinitionem eandem si qua habeant, eadem erunt in substantia.*
29 *Possessio ciuilis & naturalis ad præscriptionẽ est necessaria. & nu. 33.*
30 *Possessio naturalis sola ad præscriptionem non sufficit.*
31 *Præscriptio non currit contra possidentem.*
Tempus non est possessionis perdendæ modus.
32 *Possidens ciuiliter perdit ciuilẽ, si decem annos naturalem neglexerit.*
33 *Præscriptio qua ratione non inchoetur, absente ciuilem retinente.*

REGVLA III.

SINE *possessione præscriptio non procedit.*

EXEMPLVM istius regulæ patet. Pone ꝙ
emi aliquam rem mobilem vel immobilem à quo
dam non domino, bona fide: non tamen possessio-
nẽ adeptus fui: modò dubitaur an vsucapiã vel pr̨e
1 scribam? † Respondetur ꝙ non, quia sine possessio-
ne præscriptio nõ procedit, possessione ciuili & na-
nurali simul vel saltem ciuili, nõ aũt naturali tm̃ si
alius ciuiliter possideret, vt ĩ. ostenditur, & hic præ
scriptio largè ponitur: vt tam vsucapionẽ triennij,
quam pr̨escriptionem 10. vel 20. annorum 30. vel
2 40. vel etiam magis longęuam contineat. † Licet
enim in vera & propria significatione, pr̨escriptio
ad immobilia, vsucapio verò ad mobilia referatur,
tamen legis latores promiscuè vtuntur istis uoca-
bulis, referendo communiter ad mobilia & immo
bilia. ut ff. de usuca. quasi per totum. titu. & maxi-
mè in l. 3. & ibi plenè not. Non procedit: id est,
inchoatur: licet aliquando inchoata mediante pos-
sessione, continuetur etiam sine possessione, ut in-
frà dicetur. Sed opponitur, & videtur ꝙ præscri-
3 ptio sine possessione procedat. † Certum est enim ꝙ
incorporalia non possidentur, vt ff. de acquir. poss.
l. 3. in prin. & de acq. rer. dom. l. seruu. §. incorpora-
les. & de vsucap. l. sequitur. §. si viam. & tamen præ-
scribuntur aliquando spatio 10. uel 20. ann. Ali-
quando spatio temporis cuius nõ extat memoria.
ut C. de seruit. & aqua. l. 1. & 2. de præscrip. long.
temp. l. ult. & ff. si ser. uen. l. si quis diuturno. & de
aqua plu. arc. l. 1 §. deniq; & l. 2. in princ. cum sim.
sed dic ꝙ in incorporalib. est quædam quasi posses-
a sio, *a* quæ illud operatur quod operatur uera pos-
sessio

a Adde an incorpalia quasi possideãtur, & proprius cõpetat interdictũ uti possidetis, sicut pro rebus corporalibus. gl. Barr. & Flo. in l seruitutes. & text glos. & Doct. in l. quoties. in 2. ff. de serui. & Abb. Sic. in c. cõquestus. de for cõpe. & per Ang. Aret. Instit. de rebus corp. & pulchrè p Cy. in prin. & Bal. col. 2. versi. expeditus fuit. & ibi Alex. in addit. in l. 2 C de seruit. & aqua. per Inno. & Ab. in c querelam. de ele. & Imo. in c. bonæ. in 2. de postu. pl. in c. in literis. de rest spol. & in c. peruenit. de censi. & in c. consultationibus. de iu. patro. & per Ab.

ſeſſio circa corporalia. quod patet.† Certum eſt, ꝙ 4
interdictum vti poſ. non datur alij ꝗ̃ poſſidenti. vt
ff. vti poſ. 1. l. §. interdictum. & tamẽ ſicut datur in
terdictum pro tuẽda vera poſſeſſione rei corpora-
lis immobilis: ita datur pro tuenda quaſi poſſeſſio
ne rerum incorporalium, quę de numero immobi-
lium reputatur. vt ff. ſi ſeruitus vindice. l. ſicuti. §.
Ariſto. & vti poſſidetis. l. finali.† ſicut ergo in corpo 5
ralibus non procedit præſcriptio ſine vera poſſeſ-
ſione ita in corporalibus non procedit ſine qua
ſi poſſeſſione: per quod oſtenditur hanc regulam
in omni genere poſſeſſionis verã eſſe. Item oppo-
nitur & videtur præſcriptionẽ ſine poſſeſſione pro
cedere, conſtat enim hęreditatem iacentem *a* non a
poſsideri. vt ff. ſi quis ex teſtamẽto lib. eſſe iuſſ. fuc.
l. 1. Scæuola. & tamen vſucapitur, vt ff. de vſuc. l. ce
pta. & l. nunquam. §. vacuum. & l. iuſto. §. nondum
aditæ.† Item conſtat tignum coniunctum domui b
nõ poſsideri *b* vt ff. de vſucap. l. eũ qui. & de acqui 6
poſſeſſ. l. qui vniuerſas in princip. & tamen vſucapi
tur ſi tẽpore iniunctionis pauci dies ſupererant ad
vſucapionẽ complendam, vt ff. de vſucap. l. rerum
mixturã. §. Labeo, ¶† Sed dicendum eſt, ꝙ ſine poſ- 7
ſeſſione *c* non poteſt inchoari. & ita loquitur regu c
la.

in c. cum eccleſia Sutrina. de cauſa poſ. & proprieт. Bald poſt gl. in regulariter. ff. de petit. hæred. & quæ dixi in lib. conſuet. Bituri. §. 24. in gl. 1. ante fi. de conſuet. feudi. Ita nota Comp. in t. t. de procur. §. 1. verſic. quid mihi. & in tit. de act. feu. peti. §. 2. & in tit. de propriet. §. 1. verſi. aliæ ſunt. & in tit. de reſtitu. ſpo. §. 2. & 3. & in tit. de empt. & vend. §. 1. verſi. ſed vſusfructus. & an competat pro incorporalib9 interdictũ vti poſſi. vide Bart. & Alex. il primo & ſi vti poſ. & omnino Pau. d Caſt. conſi. 5.

a Adde, ꝙ aduerſus hæreditatem iacentẽ, præſcribi non poteſt. vt l. ea quæ. & qd no. ibi gl. & Doct. C. de temp. in integ. reſt. & l. ſi ſeruus hære ditatem. ff. de ſtipul. ſeruo. & no. Cyn. in l. licet. C. de iure delib. & Bal in conſi. 14. in fi. lib. 1. & Bal. in d. l. licet. in vl. ti. q. & Alex. poſt Barto. & Bald in d. l. ea quæ. & Abb. Si cu. in c. d quarta. col. 2. & ibi Fel. col. 6. poſt prin. verſ. contra hęreditatem. de præſcr. vbi ponit regulam cum tribus fallent. & tenet Ang. in d. l. licet. & ibi Alex. ſed Spec. tit. de præſcrip. §. 1. verſi. item no. tenet cum Dyn. ꝙ præſcribitur hæreditas iacens. & Ant. in cap. cum non liceat. cod. tit. & Petr. de Anch. hic colum. 40. verſ. 6. oppo. & Alex. in conſi. 126 col. 1. verſi. non obſt.

b Nõ poſſideri. Sequeretur [ſi hoc eſſet verũ] ꝙ in ſuo à ſe poſſeſſo de ſua materia ædificãs perderet poſſeſſionẽ materiæ, qd eſt falsũ & ridiculũ. Sed dicendũ, ꝙ vt dominiũ, ita poſſeſſionẽ retinet, nõ tñ deinceps tãquã rei particularis ſe, ſed tãquã partis integralis rei cui incorporatũ eſt, quæ ſi eſt immobilis, iam qd incorporatũ eſt poſidet, nõ vt mobile, ſed vt immobile vel pars imobilis, vt. et ſatis. innuit tex. d. l. eũ qui, in fi. & dixi in nouis intellec. d. l. & l. q vniuerſas.

c Adde tex. gl. & doct. in l. ſine poſſeſſione. ff. de vſucapio. & Bald. in conſi. 14. col. 4. verſi. capio. 3. lib. 1.

citum sit resistere de facto, vide Bal. in re petit. l.j.1 col. 14. C. unde vi. & Alex. consi. 143. versi. modo sic.li 2. qui alle. Dy. hic.& Pau.de Cast.in consi.37. in antiquis. & uide Fely. in d.ca.si quando de of. deleg. vbi ponit conclusioné cũ quatuor fallentijs . & decisionem Capellæ Tolosa. 268. vbi ponit an sit manifesta offensa non parere iudici, ut uult hic Dy. in secundo casu. & Doct. in cle. 1. de offic. deleg. & Deci. Parla: Gratianop. Delph. q. 340. & quæst. 359.

IN REG. MORA. SVA. ARG.

1 *Debitoris mora in multis est ipsi nociua.*
2 *Mora debitoris nocet in fructibus debitis.*
3 *Fructus quando a die moræ dicantur venire.*
4 *Mora debitori nocet in interesse, quod peti potest.*
5 *Interesse propter moram debitoris qua actione peti possit.*
6 *Interesse ob debitoris moram debitum, an sit multiplex vel vnicum.*
7 *Interesse an differat a communi æstimatione.*
8 *Interesse ad personam, æstimatio autem ad rem refertur.*
9 *Aestimatio rei quare non sit interesse.*

a Priuatos. Idem in nõ reparabili Paul. Philip. Deci.l. ut uim.de iust. & iure. Ioan. de Plat. d.l.prohibitum.quem sequitur; Pan. ca. si quando. de offic.deleg. Alex. consi.44. nu. 2.lib. 2.vbi in annot. dixi-

Aesti-

a Adde quando debitor teneatur de interitu rei debitæ in specie vel in genere post moram vel ante. Bar. in l. in naue Saupheij. ff. loc. & in l. si ex legati causa. & ibi Bal. Pau. de Cast. Alex. & Lud. Bolog. in l. 1. ff. de verb. obli. & Cyn. Bald. & Sal. in l. incendium. C. si cer. pet. & Ang. & Imo in d. l. si ex legati causa. & Alexand. in l. Stichus. col. 2. de verb. obl. & Bald. & Lud. Bolog. in l. ipsa res. ff. quod met. cau. vbi ponunt quod si in locum rei peremptæ subrogetur alia species, debitor non liberatur etiam ante moram, & adde Bar. Bal. & fin. Alexand. in l. quod te ff. si cer. peta. & Ludo. Bologn. in his qui de act. & obli. in primis interpret. & in l. si cum exceptione. §. sed quatenus. §. quod metus caus. vbi dicit quod si res pereat infra tempus quod datur iudicantis quando debitor est condemnatus, purgatur prima mora, adeò quod liberatur debitor: et ibi vide. Et adde de eis. Parlamen. Delphi. q. 397.

10 *Aestimatio communis & conuenta, an sint diuersæ species interesse.*
11 *Actio legis Aquiliæ ad id, quod interest, datur.*
12 *Interesse per relationem ad æstimationem constituitur in esse.*
13 *Iuramentum in litem datur ob dolum, non autem ob culpam.*
14 *Stipulatio iudicio sisti committitur quanti ea res est.*
15 *Aestimatio rei an sit interesse, vel damni æstimatio, vel etiam lucri, & nu. seq.*
17 *Deductum in aliud, non est id ipsum in quod deducitur.*
18 *Cõprehẽdẽs aliud in se non est idem cum comprehenso.*
19 *Aestimatio potest in condemnationem deduci.*
20 *Interesse peti põt actione legis Aquliæ, sicut & dãnum.*
21 *Aestimatio conuenta, communis & singularis non est interesse.*
22 *Interesse quando vnum, & quando multiplex sit censendum.*
23 *Interesse conuentum quod dicatur.*
24 *Pretium commune vel conuentum non est interesse, licet in æstimationem interesse deducatur.*
25 *Relatio interesse communiter ad personam fieri põt.*
26 *Mora in causa rum æstimatione nocet & ex parte rei, & ex parte actoris.*
27 *Mora principalis nocet fideiussori.*

REGVLA XXV.

MORA *sua cuilibet est nociua.*

¶ † VT. ecce si debitor est in mora soluendi, erit 1
sibi nociua quantum ad plura: quia quantum ad
rei interitum etiam casu contingentem: ut ff. si cer.
pet. l. quòd te. & deposi. l. si in Asia. §. fin. & de verb.
obli. l. si ex legati causa. *a* & l. si seruum. & de leg. 1. a
apud Iulianũ. §. ipsius quoq; & l. cum res. §. fi. † Itẽ 2
quantum ad fructus de quibus tenetur ex die mo-
ræ, quãdo petitur aliquid per actionem bonæ fidei, *b* b
vel

b Adde quo tẽpore debentur fructus, & interesse in cõtractibus bonæ fidei, & stricti iuris. Bar. An. Imo. Paul. de Cast. Alex. in l. si filius. §. cum fundũ ff. de ver.

obl.& Bal.in l.si qs bonorū.ff.de leg.j.& in l.fructus.C.de act emp.& Doct.in l. vinū.ff.si cert.pet.& Bart.& sequaces in l.videmus.§. si actionē. ff. de vsu.& ibi Bal.& Frā.de Are.in cōs.9 qd est ōn & q̄ sit rō differētiæ inter cōtractus bonæ fidei:& stricti iuris,& quare fruct⁹ nō veniāt iure actionis vide Bal.& ibi Alex. in addi.in l.j.in vltu.q.C.de vsu.& fruct. leg.& Io.Fab.& Angel.Aret. col.4.in prin.vers.in eā dē gl.& ibi Ia. col.9. post pri. in § actionum. Insti. de actio & Alex.& Mona.in l. si mar to.§.fi. ff. solu. matri.& q̄ no. in l.4. C. depo, & Matth. de Matthesi.i suis notab, fol. 26. col. 2.vers. no. glo.sing. & per Imo.c. qu a de loca.& condu. & Ale. in cons. 209. col.:.vol. 4. in bene scis q̄ si debitor vini vel frumēti

vel per actionē ex testō, quæ bonæ fidei actionis sapit naturā:vt ff.de leg. 1.apud Iulianū.§.fructus. & l.si quis bonorū, & de leg.2.l.qui solidū, §. ēt. & l.si quis seruo. & ad Treb. l, in fideicōmissaria in prin.
3 de act.emp.l. Iulianus. §. si fructibus. † Sed si agatur actione stricti iuris, si quidem peto restitui qd̄ meū est,veniūt fructus a die moræ:. sed si peto qd̄
a est alienū, veniunt a die litis contest. *a* ff. de vsu.l. videamus.circa prin.§.in Fauiana.& §.si actionem.
4 † Itē est nociua mora quantū ad interesse quod peti potest,& augetur a die moræ in odiū debitoris morosi:vt ff.de act.empt,l.datio.§.si per venditorē. & de re iudic.l.si Calendis. vbi interesse peti pōt & augeri a die moræ in odium debitoris morosi.huius autē occasione quæri potest, an interesse sit in
b obligatione *b* post moram, ita q̄ peti possit per libellum

est in mora,inspicitur æstimatio q̄plurimi pueniens à tpe moræ, vt d.l. vinū. & ibi oēs doctores.Quid ecōtra si creditor fuit in mora recipiēdi:dic q̄ à tempore illius moræ inspicitur æstimatio quanti minimi.istud est sing.dictū Bal. in l.hominem.per illū tex.ff.manda.& tenet Fran.de Crem. in suo sing 94.

Adde Matth.sing.91.de quo vide dn̄ Lanfr.in l iudicio cœpto,col.4.in prin. C.de iudi eundem.dn̄ meum.dn̄ Ias.in l.vinū.col.8.ff.si cer.pet.

a Cōtest, nō aliàs, s. vt ipsius iudicis stricti iuris : sed bene veniūt & peti possunt vt interesse,quantū interest moram non esse factā.l. si fundū certa die de verb.obl.vt nouè dixi in extrica.Labyr.de eo quòd interest.num.326.239.:47.

b Adde an interesse sit in obligatione vt possit peti per libellū iure actionis. Bar. post.Dy. in l.stipulationes nō diuiduntur.in 10.& 11.oppo.ff.de verb.obl, & Cy.& Bar.in l.vna.C.de sen.quæ pro eo qd inter.in 4.q.prin.col.10. qui dn̄t Dy.hic,& in d.l.si stipulationes.dicere veritatem.& Spe. ti.de fru. & interesse.§. viso.ver.qualiter.& ver.qūo.& ver.seq. & in titu. de sen.§.qualiter. ver.si. debet cum seq.& Io.Fab. Ange. Aret. col. 6.ver.in ea gl.& ibi Ias.col.pen.in §.curare. Inst.de act.& Fran. de Are.in consi.83.& Io. And. in addi.Spec,tit. de fruct.& Bar.Bal.& Ale.in l.certi condictio.in prin.col.4.& seq.ff.si cer.pet. & quæ notauit Bal.in cons.102.in fi. vol. 3.& Bald.in bsi tradnio.in 4.q.C.de act.emp.& omnino vide in l.j.ff.de act emp.per Bart.& Doc.Abb.Sic.in consi.7. col. 2. & an interesse possit peti rōne lucri cessantis, vide quæ dixi s. in prœm.fol.1.& tex.& ibi Bart.in l.si sterilis.§.cum p venditorē ff.de act.emp. & ibi Ale. in addi.& Bar.in l.3.§ fi.ff.qd cer.loc.& Cyn.Bart.Bald. & Sal. in d.l.vna. C. de sen. quæ pro eo.& Abb.in c.per vestras.de dona.inter vir.& vxo. & in consi.63 col.

mu

bellum iure actioni, vel an deducantur in condẽnationem per iudicis officiũ tm̃? opinio est inter iuris prudẽtes. determinãt enim aliquãdo, scilicet ff. de re iudic. l. si quis ab alio. §. vlt. † qđ interesse non 5
possit per libellũ peti, sed per iudicis officiũ in condẽnationẽ deducatur. arg. ff. de verb. obli. l. si seruũ. §. vlt. l. & l. eũ qui ita. & de cõstit. pecu. l. promissor hominis. ꝙ posset habere locũ vbi esset in obligatione rẽ dari, sed vbi est in obligatione factum, s. successiuũ, vt ire Romã, vel fossam facere, vel domũ tunc post moram etiã est in obligatione interesse debitum ex tacita promissione, si non fuit factum quòd in conuentione deuenit, ut ff. de uer. obli. l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus. & ibi no. & in l. si pœnam. vbi dicitur quòd interesse in stipulatione venit, & ideo bene sequitur ꝙ possit per libellum peti. Quidam a intelligunt hanc distinctionem in facto successiuo ut facere domum, uel a
ire Romam, quod tunc post moram, interesse sit in obligatione non autem in obligatione rem tradi, quia illud factum est momentaneum, & non nisi quędam executio donationis. & ideo quòd tunc non sit in obligatione interesse. arg. ff. de rei uend. l. qui restituere. Sed contra illos est l. stipulationes non diui. pręalleg. ubi est in textu, rem tradi. Non obstat, quia ibi petebat suum, & non liberatur detinens soluendo interesse. Vel dic quod interesse est in obligatione si vult actor. vt ff. de act. empt. & vendi. l. 1. Sed quę ratio est diuersitatis, quod in obligatione facti sit interesse in obligatione, & non in obligatione dandi? Ratio est, quia quando quis obligat se ad factum, alius sequitur eius industriam, & ille se obligans illam obligat, & ideo cùm illa industria non possit suppleri per alium, iuxta l. inter artifices. ff. de solu. ipse uidetur se tacite obligare ad interesse si non fiat quod in conuentione deuenerit d. §. Celsus. de uerbor. obliga. l. stipulationes non diuiduntur. ideo lex voluit quod ad interesse stipulator posset agere. In obligatione uerò dandi, non est ita, cùm per alium

5. in prin. lib. j. & Bal. & Lud. Bolo. in d. l. 4. §. fi. in secũdis interpret ff. de eo ꝙ cer lo. & Ale consi. 141. col. 1. & 2. vol. 5 & Abb. & Fely. s. c. cũ uenerabilis col. 9. ante mediũ. & eo seq. et 1 ex cep. & Inn. & 1 d. c. sacr. đ sentẽ. exc. et Abb. in c. cõquestus. de usu. et in c. dilecti, de foro cõp. et in c. pẽ. col. 1. de of. de leg. et j. latius p Dy. uersi. ad euidentiorẽ intellectú dicam. fo. seq. et Sing. de Homedieis. in rep. l. si insulã. q. 1. et 1. ff. de uer. obl. co. 5. et Franc. de Are. in cõs 175.

a Quidã istud et qđ sequitur usq; ibi ar. l. nec si uoles. inclusiuè, usq; ad uer. An ẽt interesse exclusiuè, deficiebat in alijs et ueteribus et nouis exẽplaribus, tã dudũ quã recẽter impressis, et in ueteribus manu scriptis qđ restitui ex libro uetusto do. Nicolai Molei Senato. parisini.

alium

alium possit dare, nō sic obligatur industria, quare lex uoluit ꝙ ageretur ad dandum: & si recuset, uel sit in mora, interesse per officium iudicis deducatur in cōdemnationem: ut in l. hic alleg. Sed quare sic etiam non agitur ad factum? Respondeo, quia ex quo semel fuit in mora ī facto, presumitur ꝙ male ageret: quare lex voluit ad interesse agi, statim post moram. Item dare est in re, & nō interest tua per quem ego dem, quia est facere accipiētis, sed tradere interest, quia si sum dominus facio te possessorē dominū, aliàs non de act. emp. & vend. l. empto. & arg. l. traditio. de acquirer. do. & ff. de don. l. in ædibus. §. donari Vel intellige in facto successiuo, ut dixi in prin. Et ratio diuersitatis est tūc quia in successiuo esset species seruitutis si compelleretur factū

6 arg. l. nec si uolens. C. de libera. cau. An autem interesse quod debetur propter debitoris moram sit vnicum tantū & singulare: vel triplex, scilicet singulare, cōmune,

a & conuentū, quæstio est. Et ꝙ sit vnicum *a* sic ostendo, quia lex dicit, ꝙ si res vēdita nō tradatur, in id quod interest agitur, hoc autem interdum egreditur &c. Si igitur excessus est diuersorū, sicut, & qua

7 litas, patet,† quod differt interesse ab æstimatione cōmuni & conuenta. vt ff. de act. l. 1. & per eundem modum potest induci. C. de sen. quæ pro eo quod interest. l. vnica. qui ibi dicit ꝙ interesse potest ascēdere vsque ad duplum æstimationis cōis vel conuētę. Cū ergo excessus, diuersorū patet quod cōis æstimatio vel conuenta rei, nō est interesse. Cùm ergo remoueatur cōe & conuentum, relinquit unum tātum, l. singulare.† Præterea lex dicit, ꝙ interesse

8 ad personam refertur, & sic in suo esse constituitur per relationem, qua refertur ad personam, ut ff. de verb. oblig. l. 2. vlt. & de no. ope. nunt. l. si. stipulatio. §. quæsitum. & de reg. iur. l. quatenus. & æstimatio non refertur ad personam, sed ad rem ergo sequitur quòd non habet substantiam, uel regulam, vel naturam interesse. Præterea quoties duo sunt quorum vnum refertur ad aliud, constat non idem esse relatum, & id ad quod fit relatio, licet ex comixtione relati & eius ad quod fit relatio, idem resultet effectus, ut patet in codicil-

b lis ad testamentum *b* relatis, ex quorum duo-

a Vnicū. Hæc veritas, vt tenent Iacob. de Raue. col. 2. & 3. Iacob. But. col. 5. Salic. col. 15. in l. vnica. C. de sent. quæ pro eo qd vbi latè dixi in iter. Extric. labyrinto. nu. 33. cū sequē ti quicquid dicat Dyn. hic. nu. 12. nu. 22. licèt eū sequuta sit hactenus cōmunis schola.

b Adde ꝙ diuersitas est inter testamētū & codicillos etiam in effectu, vt in iuribus hic p Dy. alleg. tamē largè appellatione testamenti veniunt codicil. vt no. gloss. Doct. in l. 2. ver sicu. personales & ibi Bald. C. communia

de leg. ꝙ glo in l.fi.versi.cognationis.& Alex.in l.si idem in sua lect.& in addi. ad Bald.& in d.l.2.C.de codic.

Adde ꝙ hoc est verum. ꝙ appellatione testamẽti veniat codicillus in large eius significat.quemadmodum & appellatione.tibi,vltimæ voluntatis.s.inquã tũ dẽt fieri cũ eadẽ solennitate quæ requiritur in vltimis voluntatib⁹,& Bal. in l.hac cõsultissima, col. 3. versi.item dicitur hic. C. qui test. face. pos. & Bart. omnino in l.2. vers. quæro statutũ prohibet. ff. de leg.1.

rũ iuribus cõmixtis idem insurgit effectus: vt l.2. §.codicillorũ.& l.quædam.ff.de iure codic. & de cõdit.instit.l.institutio.& de hæred.insti.l.asse toto.& C.de iure codic.l.si idem.si ergo interesse referatur ad æstimationem rei, vt in l. stipulatio. §.vlt.ff.de noui oper.nunt.& l.qui tabulas.ff.de fur.Restat rei æstimationem nõ esse interesse.¶ † Item interdictũ 9
vti possidetis datur ad interesse,& refertur ad æstimatiõnẽ rei.vt l.si duo.§.pen.ff.vti possi.ergo sequitur ꝙ æstimatio rei nõ sit interesse,cũ relatũ & adid qđ refertur, sint diuersa, sicut dictũ est. Præterea disponens & dispositũ nõ cõpatiuntur se sub eodẽ gñe:vt ff.de fun.inst.& instr. leg. l.vlt. sed cõis æstimatio & cõuenta si excedit cõem,disponit & limitat interesse, qđ patet,quia nõ patitur ipm excedere duplũ sui vt *a* C.de sent.quæ pro eo quod inter.l. a
vnica.ergo absurdũ est dicere. † ꝙ cõis,vel cõuenta 10
æstimatio rei sint per se distinctæ species sub eodẽ gñe cũ interesse singulari. Præterea a quo remouet genus & quælibet eius species:vt ff.de fun.instruct. & instrum.leg.l.fundi. §. vlt. sed si conueniat inter emptorẽ & venditorẽ, ꝙ non agatur de euictione, illa conuentio operatur quod interesse non petatur:& tñ petitur pretiũ rei conuentũ, cùm ergo cõuentio illa remoueat petitionem interesse,& nõ remoueat petitionem pretij patet,ꝙ pretiũ conuentum non est species interesse, vt probatur de act. empt.l.emptorem.§.quod autem.¶ † Oppositum 11
ostendo sic, actio legis Aquiliæ datur ad id quod interest,hoc autem interesse est cõis æstimatio rei. Primum patet ff.de furt.l.quidam tabulatum.§.de lege Aquilia maior qõ est. Secundo apparet, quia illud interesse ad quod datur actio legis Aquiliæ exponitur in l.ff.ad leg.Aquil.l. sed si seruũ meum. & dicitur ꝙ non æstimatur affectio, *b* sed quanti b
omni-

a Adde vsque adu qã q̃titatẽ interesse potest ascendere glo. in verbo, dupli.in d.l. vna. C.de sent. quæ ꝑ eo quod interest. & ibi. Cy. in 4.q.pri. & Bar. in 4 q. & Bald. col. 4. & Dyn.Io.Fab. Ange. Aret. & Ias.I §.oẽs aũt actiones.col. 2. de act. instit.& Ange.de Peru. & Sal.& in d.l. vna.C. de sent. quæ ꝑ eo ꝙ inter. & vide Dy. & quæ ibi dico versic. oppositum. versic. 1. eod.fol seq.

b Adde ꝙ valor, seu æstimatio rerũ nõ ex affectione, sed cõi & vñ apprętiatione cõstituisse, vt l. pretia rerũ. §. fi. & ibi Barto.

omnibus cōmuniter valet: communis ergo æstimatio rei est interesse. Itē lex dicit, ꝙ ad æstimationem refertur interesse, ut ff. de fur. qui tabulas. in principio. rem alibi sit legatum est mihi relictum sub cōditione, & petam tabulas testamenti exhiberi, & nō exhibentur, condemnatio sit ad interesse, illud autē refertur ad æstimationē legati si agatur pro legato. ¶ Itē hæreditatis si agatur pro hæreditate; vt ff. de tabu. exhib. l. locum. §. condemnatio. ¶ Item ꝙ
12 interesse constituatur in suo esse per relationē factā ad æstimationē patet. ff. de furt. l. si vendidero. §. cum autem. ¶ Ex his patet ꝙ non est vnicū tantū interesse. Item dicitur in l. quod doli æstimatio fit nō ex eo quod interest, sed ex eo quod in litē iuratur. vt ff. de iudi. l. non a iudice, sed cōstat in interesse iurari, ut l. pen. ff. de in litem iuran. & de admin. tuto. l. tutor qui repertoriū. 2. Resp. Ergo necessario sequitur aliā esse speciem interesse de qua loquit lex, nō a iudice, i. cōe, aliam de qua loquitur lex pē. de in litē iuran. i. singulare. † Præterea constat in li
13 tē iurari ob dolum tantū, non ob culpā, vt in l. in actionibus. §. sed in his. omnibus. & in l. 2. in fi. de in lit. iuran. & tamē iuratur in interesse, vt d. l. pen. Cum ergo ratione doli, quia vbi maius est delictū, maior fiat æstimatio, & ratione culpæ mino, quia minus delictum, & tamē constat ratione culpæ ad interesse agi, ut l. 2. §. interdum. unde bene sequitur vlterius cum alia sit æstimatio doli, & alia culpæ, & vna maior & altera minor, & quælibet appellatur interesse quod nō sit idē, sed diuersum, cum
14 excessus sit diuersorum, vt dictum est. † Præterea cōsistat stipulationem iudicio sibi comitti quanti ea res. est. vt in l. 2. §. vlt. ff. qui satis. cog. & illa appellatur vera æstimatio rei, ut in l. hæc uerba. ff. de uerb. sign, & illud appellatur interesse, ut l. ult. si quis in ius voc. non ier. & l. quoties. de uerb. oblig. Cùm ergo vera & cōis æstimatio rei appellatur interesse, & illam constat differre ab æstimatione singulari, vt fi. de leg. 1. l. & si æquo. de leg. 2. l. si cui fundus. sequitur ꝙ illud cōe differt a singulari,

Ang. & vterque Imo. ad l. Falc. d qua materia & quo modo pbetur, & qualiter in iudicijs deducatur, vide ibi & glo. & latè Bart. & Bald in l. 2. C. de rescind. vē. & Bart. in suo cōsi 100. & in l. 16. si hæres. & ibi Ioan. de Imo. & alij in scrib. ff. ad Trebel. & Anto. & Imol. in c. pen. de empt. & vē. & ibi doct. maximè per Abb. & Fel. in c. cum causam. in 2. d testa. & Angel. Aret. ad satiri tatéin §. si quis agens. & Iaf. in §. plus. de act. & Flor. d S. Petro in l. si seruū meū. ff ad l. Aquil. & glo. & Ana. in c. in ciuitatem. in 10. col. & de vsur. gl. me hoc ius q. 2. & Alex. cō. n. 92. circa mediū. 4. col. vol. 5. & vide text. sing. in l. si in emptionem. & ibi Bald. ff. de min. vbi interesse affectionis attenditur, qđ est mirabile, secundō glo. i bi.

& nõ sit idem, sed per se distinctum: & per eundem
modum posset induci l. arbitris. in princ. §. non ta-
men. ff. de dolo. ¶ Ad euidentiorem intellectum 15
huius videndum est, an ęstimatio rei sit interesse,
vel ęstimatio damni, vel lucri in illis casibus in qui
bus habetur ratio lucri. *a* & ꝙ sit æstimatio rei, a
non lucri, vel damni: probatur sic: quia ubi non est
damnum, venit interesse, ut patet in legato sub cõ
ditione relicto. ff. de tab. exhi. l. locum. §. condem-
natione. Item si peto caueri pro legato sub cõditio
ne relicto, & nõ cauetur, petitur interesse. Interesse
autẽ dicitur æstimatio eius quod est relictũ. Patet
ergo ꝙ æstimatio rei est interesse, vt ff. ex quib. cau.
in posses. eatur. l. pen. r. respon. Preterea patet quod
leges dicũt interesse referri ad ęstimationẽ rei: vt ff.
de fur. l. qui tabulas. & l. si vẽdidero, §. cũ autẽ. Sed vi b
detur *b* secũdum Azon. opinionẽ positã. C. de sent.
quæ pro eo quod inte. l. vna. quòd sit æstimatio dã-
ni contingentis, & lucri absentis arg. pro eo. ff. ad
Treb. l. apud Iul. in fi. 2. respõsi. & de hoc not. in sum
ma Hosti. de senten. excom. c. sacro. ¶ † Oppositũ ve- 16
ro ꝙ æstimatio vel pretium ei non sit interesse *c* c
patet sic, quia l. cauetur quod in actione furti non
quadruplatur interesse: *d* sed tantum pretium d
rei. patet igitur prætium rei non esse interesse: ut
ff. de fur. l. in fur. Item quia lex dicit quod pretium 17
rei venit in interesse. ff. de relig. l. liberum. † Cõstat
autem id quod deducitur in alterum, nõ esse id in
quod deducitur: quia ouis deducitur in gregem,
non est grex: sed in grege continetur. Item si ti-
gnum deducatur in domum non est domus, sed in
domo continetur, vt ff. de vsu. l. eum qui. & l. rerum
mixtura. Item si dos deducatur in sententiam,
patet omnibus ꝙ non est sententia: sed in setentia
comprehenditur. Verè ergo cõcluditur, si pretium
venit in interesse, ꝙ nõ est interesse † Item si vnum 18
duorum, sui potestate comprehendit aliud, com-
prehendẽs, & comprehensum sunt diuersa, ut ecce
actus sui potentia comprehendit iter, vt ff. de no-
ua. l. si pupillus. §. fi. de verb. oblig. l. qui vsufruc. &
tamen

a Adde ꝙ hodie non habetur ratio lucri indistinctè, sed distinguitur si cut olim reprobata opinio. glo. in d. l. una. de sen. quæ ꝓ eod. & tenet Dy. in l. Proculus. & seq. ff. de dam. infect. & Bar. in l. si quis uxori §. penul. per illum tex. & gloss. ff. de fur. uide Doct. in d. l. una. & nota s. in 5. adduc. magna.

b Sed vide. Hæc clausula usq; ue r. oppositũ uerò. restituta fuit ex ꝑfecto libro do. Molæi.

c Adde an in furto & maleficijs interesse possit excedere duplũ. Bar. ĩ l. ĩ furti in prin. ff. de furt. & in l. una. C. de sen. quæ ꝓ eo. qd. ĩ. tractatũ est.

d Adde quid in foro cõscientiæ, an possit pœna duplicata uel quadruplicata peti ultra sortẽ prin. & conclude ꝙ nõ p. glo. sing. in c. fraternitatis. 2. q. 2. q̃ ad hoc reputat sin

tamen certum est iter non esse actum, sed speciem seruitutis distinctã ab actu, vt ff si ser.vendi. l. loci corpus.§.1.& de adim.leg.l.1.Item iter comprehendit facultatẽ eundi, tamẽ facultas illa non est iter, quod patet, q̃a potest esse sine itinere. vt in l si fundum sub conditione.§.qui fundum.ff.de leg.1.& si vsufruc.per.l.1.& de vsufru.l.1. Itẽ actus comprehẽdit facultatem eundi & agendi: tamen facultas nõ est actus, Item vsusfructus cõprehendit facultatem vtendi fruendi, vt in l 1.de vsufru.& tamen facultas illa nõ est vsusfructus. quod patet, quia esse potest, ubi ius vtendi, fruendi non est. vt ff.de iure dotiũ.l. si vsufructus.& sol.mat.l.si vsufructus ergo bene sequitur omnino, quòd licet æstimatio interesse cõprehendat æstimationem communem vel côuentam rei, quòd ipsa communis vel conuenta non sit interesse. Præterea probatur quòd sit æstimatio dãni, & non rei, quia ipsum in condemnationẽ deducitur: ut ff.de admi.tut.l. si minoris. & de in litem iur.l.pen.† Constat autem æstimationem damni
19 in condemnationem deduci, quia ubi potest verti æstimatio damni, non rei, ibi fit condemnatio interesse: ubi non potest, nõ fit.ff.ad leg. Aquil.l. si quis testamentũ. Cum ergo probatum sit quòd interesse in condemnationem deducatur. Item ꝙ æstimatio dãni, rectè concluditur ꝙ interesse & æstimatio dã-
a ni sint idem. *a* Item quia lex dicit iurari in litem in interesse, vt d.l.pen. Et alia lex dicit quòd in iuramento in litem deducitur æstimatio in quantitate consistens, ut in l.uideamus.§.si tamen.& §.iurare.ff.de in lit.iur. Sic ergo patet, ꝙ ex hoc & præcedenti quod interesse est æstimatio damni in quãti-
1 tate consistens.† Item quia lege cauetur quòd legis Aquil.actio datur ad interesse, & alia lex dicit quòd per legem Aquiliam consequimur damnum & dãni æstimationẽ, ergo euidẽter apparet ꝙ æstimatio dãni est interesse. Itẽ pone ꝙ stipulor mihi rẽ tradi vel p̃stari non p̃cedente cõtractu, de cuius
c natura debeat trãsferri dñiũ uel possessio. Certum est ꝙ si nõ tradatur, vel p̃stetur, ꝙ non æstimatus

gul.Panor.in c. Raynaldus. & ibi posui i apostil. ad eum de testam. & facit de ea magnũ festũ. idẽ Pau. in c. si egressus. de iniu. Bal. in proprijs termi nis in l. post de fectionẽ, nu.4. qđ ibi signaui in apostil. ad ipsũ in ver. in foro cõsciẽ C. de furt. vbi alleg. gloss. dicẽtem ꝙ fur. in foro cõscientiæ nõ tenetur nisi ad restitutionem rei furtiuæ & illã allegando, & Bal. Rom. in repe. rub. de arbi. dicit ꝙ pœnæ dupli & quadrupli ob furtum à iure ciui i inductæ de iure canoni, non habent locum, nec possunt peti.

a Sint idẽ. Tu cõclude breuiter ꝙ interesse dicitur æstimatio, vel pecunia numerata, quæ succedit loco cuiusque rei, si non dẽ vel facti. si nõ fiat, ut debet, ut nõi. i l. si qs ab alio. ff. de re iudic. & Spec. omnino in tit.

 proprie-

de fruct. & interesse.§.3.in princ.dixi in addit.ad Bal.in l.sed & loci.in princ. ff. fi.regund.

a Ad hanc q.dico.Hæc veritas,quia in hac materia interesse dicitur respectiue ad differentiam principalis, & sic aliud est ab eo, & eius æstimatione vel causa seu naturali sequela, vt nouè docui in extricatione labyrinthi, de eo ꝙ interest. nu. 8. & 9. & per totum. Sed caue, quia Dyn, hic more aliorũ, mox sibi cõtradicit, ibi licet veniat, quia sẽper sunt distincta, sicut sors & vsura, principale & pœna, vt dilucidè ostẽdi in dicto tractatu, quo nõ est alius in iure,in quo doctores ad usque magis sese intricauerint.

b Vnum interesse vel triplex. Tu dic, ꝙ est triplex,scilicet commune, particulare, & singulare. ita no.glo.Bart. & Doct. in l.1. C. de sent. quæ pro eo quod inter. profer, gloss. in l.1.ff.de act. emp. Innoc.in c.cum ecclesiastica. de excep. & Specu.in tit. de fruct. & interesse.§. 4. & de hoc dicitur 1.postil.seq.

proprietas nec possessio: sed illud solũ, quod mihi abest,q.a res tradita vel præstita nõ fuit.& illud appellatur interesse.ff.de verb.obl.l.si fundũ præstari. & l.si rẽ tradi.hic pone ꝙ rẽ quæ valebat cẽtũ,& erat obligata pro decẽ, stipulor liberari. quia nõ fuit liberata ago ad interesse. illud autẽ dicitur quod mihi abest: vnde si decẽ solùm mihi absunt, quia illa solui,& habeo rem,patet ꝙ pretiũ rei nõ est interesse,sed æstimatio eius quod mihi abest:quia non fit quod fieri debuit,vel fit quod fieri non debuit, vel non fieri conuenit. Itẽ si stipulator mihi satisdari pro centũ,si non satisdatur,peto interesse: illud aũt aliquando æquipollet quantitati pro qua satisdandum est,aliquando ab ea exceditur.vt ff.de verb. oblig.l.si quis stipulatus.§.vlt.& de re iud. l. si quis ab alio. in prin. per hoc ergo patet,ꝙ interesse non est idẽ ꝙ æstimatio rei:,sed diuersum, quia in diuersis non in eodẽ inuenitur æqualitas,& excessus.¶† Ad hanc qõnẽ dico ,a ꝙ æstimatio rei conuenta cõis & singularis non est intesse, licet veniat in interesse cõiter vel singulariter æstimando:& hoc ostẽdo sic, Lex dicit ꝙ hæc uerba, quanti eã rẽ esse, nõ ad id qđ interest,sed ad rei æstimationẽ referũtur. ff. de ver. sig.l.hæc verba.secundũ leges.n. indefinita æquipollet uniuersali.vt ff.de leg.2.l.si plurib. & ff.de leg.3. l.hoc legatum.& l.si plures & de reb .dub.l. si is qui ducenta.§.vtrum.Cum ergo indefinitè dicat, ꝙ nõ ad id quod interest,intelligã utiliter: quod subijcit ad ęstimationem,&c.vt sic primum comprehendat omnem speciem interesse: secundũ omnem speciẽ æstimationis.hoc idẽ scilicet,ꝙ rei æstimatio nõ sit interesse, patet. ff. de tuto. & cura. dat. ab his. l. 1. §.considerandum. † Nunc redeo ad primam,nunquid est vnũ interesse, vel triplex? b & dico ꝙ cùm dãnũ possit æstimari singulariter,vt ff. de bon.liber. l.liber-

21 a 22 b

a Adde quotuplex est interesse: & est triplex, videlicet singulare & cõe, & cõuentum, licet Iacob. de Raue. teneat ꝙ sit vnicum interesse tantum, & probat quasi per oẽs rationes, & iura quæ Dy. hic. ꝰ. in prima parte adducit, & idem Iacob. But. sed Cy. & Bar. in l. vna. in 2. q. ambo tenẽt opi Dy. & gl. ꝙ est triplex. & ibi Barto in prin. sequitur eos, & in l. traditio. in 4. q. C. de act. empt. & in hoc qđ dicit Dy. hic, & p̄cedẽ columna ꝙ pretiũ rei non est interesse cõuentũ, vel pretiũ cõe, uel singulare, ut tenet glo. in d. l. vna. & ibi Bal. in prin. & in l. 1. C. de his qui à non dño sed interesse æstimatũ singul're est singulare & interesse æstimatũ cõiter ẽ cõe interesse, & interesse æstimatũ cõi électio ne partium, est interesse cõuẽtum, & sequuntur Cy. & Bar. ꝯ Bald. & gl. & cyn. ibi dicit nõ esse discedẽ dum à Dy. nã ipse solenniter disputauit, & fuit tota syno dus legalis philosophiæ hic alleg. & tenentes ꝯriũ faciũt iniuriá reuerẽ dissimæ Synodo. ut l. nemo C. de sum. Tri. Et adde Bar. in l. fi. ff. de pror. stip. in fi. & In. in c. facto. col. 3. de sent. exc.

l. libertas. §. qui soluendo, & si quid in fraudem patro. l. 1. §. & alias. Item & communiter. ut l. si seruũ meũ. ff. ad leg. Aquil. ibi dũ dicit, quanti omnibus &c. Item ex conuentione, quia procedere potest cõuentio super dubia futura æstimatione damni. vt ff. rem rat. habe. l. procurator. & ad exhib. l. fi. & de p̄-
23 to. stip. l. fi. †Et hoc appello conuentum idest conuẽtione æstimatum & limitatum, & hoc põt excedere singulare, & cõmune. & ab eis excedi, ergo non est idẽ, cum excessus sit diuersorum, sed est ꝑ se distincta species interesse. assumẽdo. n. nouam formã, per hoc quod ex conuentione additᷓ vel detrahitur, non remanet in singulari uel cõi: sed assumit speciẽ nouam, & appellatur conuentum, ut dicitur in stipulatione prætoria, quæ per immutationem extra formam prętoriæ nouam speciem assumit, & appellatᷓ conuentionalis: vt ff. de verb. ob. l. in conuentionalibus. Item & per eundem modum constituitur noua species iuris: ut ff. de iust. & iur. l. ius ciuile. ergo & noua species interesse, non ergo dico, ꝙ pretium rei conuentum sit interesse conuentum, nec quòd commune sit interesse commune, nec quòd æstimatio singularis sit interesse singulare, sed dico ꝙ damnum singulariter æstimatum, est interesse singulare, & æstimatum cõmuniter est cõmune. Et æstimatum ex conuentione, est interesse conuentum, & sic
a tri plex. a †Et sc̃dm hoc ad arg. primũ patet respon-
24 sio, & concedo ꝙ cõe vel conuentum pretiũ nò est interesse, licet in æstmiatione interesse deducatur, ut dictum est. l. itẽ etsi teneres opinionẽ aliam quod ꝑtium rei sit interesse, nihilominus patet responsio quia uerum est nihil esse id à quo & ex quo exceditur, scilicet numero, cum aliter ipsum uel idem genere, diuersum specie esse potest, ut ecce si dicam, Martinus non excedit seipsum, sed Martinus be-

a . Subiungo. Hæ sunt picturæ verborum, non rerum somnia non sensa, multum olim laboraui in defendenda & fulcienda communi illa diuisione, sed eo magis eam falsam & inutilem inueni. vnicũ ergo est interesse extra rem: modo propinquum, modo remotum: modo lucri, modo damni. vt dixi in tractatu, de eo q interest. nu. 12. 16 17.

b Adde Bar. Paul. de Cast. & Alexan. in l. mora rei. alle. & limita. quod mora rei non nocet fideiussori, quãdo post factam obligationem per fideiussorẽ reus est in mora, ut est tex. sing. & non alibi sm Bar. in d. l. mora. hic alleg. & ita tenet Mat. & Matthesil. in suis notabilib. fol. vlt. col. 1. in prin.

c Adde, q voluit allegare Mathe. no. 175 icip. no. qd mora nocet fideiussori; & licet Ang. in alleg. l. mora. secus sẽsisse visus fuerit, tñ nõ recedas ab opi. huius hic q̃ posuit i d. l. mora & ibi posui in addi. ad ipsũ i ver. fideiussori. & ibi Raph. pa. Im. d Cast. Aret. Alex. & cõiter omnes.

c Adde Bar. in l. pen. ff. de duobus reis. vt late i l. ex duo

ne potest excedere Petrum , & ab eo excedi. Secundum concedo, in eo quod dicit, interesse constitui tur per relationẽ ad personã, sed subiungo, *a* quòd a persona pōt duobus modis intelligi, s. singulariter & cõiter: relatum ergo ad personam singulr dicitur singulare, & relatum ad personã cõiter, diceretur, cõe. † Quòd autem relatio interesse possit fieri cõi 25 ter ad personam, patet per illud q l. Aquil. ad interesse datur: illud autem refertur ad id quanti omnibus. vt d. §. de lege Aquil. maior qõ est, & d. l. si seruũ meum. Tertium & quartum cõcedo, quia probant q æstimatio rei non sit interesse. Ad quintum eodẽ modo r̃ndeo, quia concedo quòd æstimatio rei nõ est indistincta species interesse, vt probatum est, & ideo nõ est sub eodem gñe cum interesse singulari.

¶ † Item nocet mora quantum ad causarum æstima 26 tionem tam ex parte actoris q̃ ex parte rei: si enim iudex cum causę cognitione statuat tẽpus actori intra quod agat, vel reo intra quod exceptiones opponat, repellitur post illud tẽpus, quasi lapsus tpis tacitam renũtiationem inducat, vt ff. de hæred. insti. l. si quis instituatur. §. item si conditionibus. & C. q accus. non poss. l. si ea. & dixi plenè. s. eo. c. indultum. Sed opponitur & videtur etiam quòd non sua mora nocet alicui: † constat enim quòd mora rei prin- 27 cipalis nocet fideiussori. *b* vt ff. de verb. oblig. l. mora rei. & l. si seruum. §. nunc videamus. & de fideiuss. b l. si à colono. §. 1. item mora vnius de duobus reis debendi nocet alij quando sunt socij, vt ff. de duo. re. l. pen. *c* sed quando non essent socij, non nocet. vt de c vsur. l. mora. §. vlt. sed sibi imputare debet quòd fuit in culpa, alterius obligationem suscipiendo. Item casualia in obligationem participando, cogitare debuit, quod poterat euenire: ut ff. de condi. indeb. l. indebita loca. l. si quis fundum. Dyn.

IN

bus.ff.eo.ti.in ver.11.q:o & Pau.de cast.in l.mora rei.ff.de ver. obl.& Bart.in auth.hoc ita C.de duob reis.vlt.cha.col.4.q.11. quæ refert & sequitur Dy.hic.

a Non valet. Contrarium seruatur in regno Franciæ.

b Adde Bart.& Bal. ibi in colum.4.vbi dicit Bald.ꝙ circa competentiam iudicis sunt quinque consideranda, scilicet persona, ut l. 2. eod. titu. res ut d.l.

IN REG. EA QVAE. ARGVMENTA.

1 *Iudex secularis non potest in causa clerici sententiā ferre.*

2 *Sententia tempore feriarum neutra partium consentiente lata, est nulla.*

3 *Citatus ad non suum iudicem comparere tenetur.*

4 *Iudex quando possit decernere in causa ad se non pertinente.*

REGVLA XXVI.

EA quæ fiunt à iudice, si ad eius non spectant officium, viribus non subsistunt.

1 ¶† VT si iudex laicus cōdemnat aliquem quem constat clericum esse, & non de iurisdictione sua:
a nam non valet *a* ipso iure sententia. item si iudex laicus condemnat aliquē laicum quem constat non esse de iurisdictione iudicantis, tunc non ualet sententia, quia à non cōpetenti iudice lata, vt C.de de-
b cur.lib.10. l. dū virū,& si non à compet. iudi.l.1 *b* & per totum, maxime in l. fin.& de iurisdic.omn.iudi.l.vlt.& de offi. præfect. vrb. l. vlt.& de inius.rup. testam l. si quis filio exhæredato. §. quod si quis.
2 & de pœn.l.2.§.fina. † Item pone quòd iudex processit tempore feriarum, vtraque parte non con-
c sentiente, nam non valet ipso iure sententia: *c* vt ff. de fer. l. 2. §. si verò, vel quia dilatione concessa processit infra tempus dilationis, nam non valet pro-

1 hic alg.ite causa.vt l.si de ꝓprietate. eodem tit. Et episcopus ut ff.de iurisdict. omnium iud.l.eū qui §. iudica. iubere item & locus. vt l. extra territoriū. de iurisd. omnium iud.&vide Bal. in consi.241.lib.1. Et no.quod sententia lata à non suo iudice nō potest ratificari.vt no. Bald. cons.297.in fi. ver. & dico li. 1.& vide eū in l.2. Commun. vtriusque iud. & quæ dicam in ultim.addi. infrà eod.

Adde ad ꝓpositum incōpetentiæ iudicis vnum sing. dictum,& digito ligandū qđ ponit Bart. in l. si per errorē per illum tex.ibi, nihil valebit.actum est de iurisd.om.iudi.scilicet quòd aduocatus vel procurator rei coram incompetenti iudice conuenti nō opponit excep. incompetentiæ, quia hoc modo esset statuere actorem vt reum coram competenti iudice conuenire. sed patiatur processum fieri,quia quandocunq; exceptio incompetentiæ pōt opponi.vt not.in l.non distinguemus. §.cum quidam.ff.de arb.& hāc cautelam refert &. sequit Gerard.de Petra sancta sing.2. inci.no.pulchram cautelam.quæ licet sit quandoq; utilis, ab illa tamen in foro pœnitent.Cy.in l.unic.C.ut quæ de aduo.dicit esse abstinendum.

c Adde ꝙ licet iudex sit quo ad exercitium iurisdictionis incompetens

pore feriato in honorẽ Dei: tñ suspectũ de fuga iudex põt capi facere tpe feriato,ut est glo.valde sing.in l.fi.C.de fer.& tenet Lu.de Ro. in l.popillo.§.meminisse.ff.de no.ope.nunt.& Bal.& ibi Alex.in addi.& Bar.in d.l.fi de fer.& Bal. in tract.suo de carceri.ver.principalr.& pulchrè Fel.in c.vlt.col.1.vet.pp periculũ.de iud.& in c.pe.col.2.ad fi.de const.& in c.de cætero.col.4.ad fi.de re iudi.&c. cũ iter & col.ver.limitat scd̃o de exce.& Phi.Simoneta ĩ d.c. vlt. in add. ad Fel. de iudi.& Ale. in l.2.col.1.in fi.ff.de iurisd. om.iudi.Quia ẽt priuatæ psonæ licitũ est ꝑ ptia autoritate capere debitorem de fuga suspectũ. vt l. ait p̄tor.§.si debitorẽ.& ibi Bar.& Alex.in addi.ff.de his q̃ in fraud.cred. glo. Io.Fab.Ang.Are.& Iaſ.de May inſt.de act.in prin.& Io. Bap.in trac.suo de debit.suspect.& fug.& qđ not. Abb.in c.qđ ad cõsulationẽ,de re iud.& And.Barb. in rub.de pign. vbi dicit qđ licet sit permissum creditori debitorẽ fugitiuũ capere,tñ clericũ debitorẽ non põt capere,per plures rationes per eum alleg.nec ẽt capere laicũ si de eodẽ habet pignus.quod no. quia secundum eũ potest afferre lac & lanam.& vide Iaſ.in §.sed hæc quidem,col.3.inſt.de act.

processus. vt C. de dila.l.siue pars *a* vel pone ꝙ dedit tutorem aliquem sibi non subiectum,vel alicui pupillo *b* sibi non subiecto: nam nõ tenet datio ipso iure: vt ff.de excuſ.tut.l.scire oportet.§. fin.& de tuto. & cur. dat.ab his.l. ius dandi. Sed opponitur & vr̃ quod si faciat illud quod non pertinet ad eius officiũ, valeat. † Nam si citet aliquem suæ iurisdictioni non subiectũ, necesse habet comparere, & si non comparet, potest puniri vt contumax, vt ff. si quis in ius voc. non ierit. l. 1. *c* & de iudi. l. si quis ex aliena. ¶ Sed dic ꝙ aut constat actũ spectare ad officium

Ego puto dictũ. And.Sic.vulgò Barb. appellati nõ esse indubitabile inquantum dicit laicũ creditorẽ non posse capere clericũ suum debitorẽ de fuga suspectum signanter quando periculũ est in mora. nã contra eũ tenuit eius consiliũ Pan. in c.cũ non ab homine,num.10.& ibi in apost.tã antiq. q̃ meis,de iud.& ibi ante eum tenuit Bald.in 3.col.& in c.dilectis. col.5.de appell.& dixi omnino in apost.ad Lanfr.in c quoniam contra falsam.§.recusationes.num.3. versi.requiritur ergo in apost.magna.in forensis. de probat.

a Adde ibi Cy.Bar. Bal.Sal.& doct mod.& quæ dixi post Dy.in reg.docet.in addi.2.Ang Are.in §.si minus.col.8.de act. Et dic ꝙ licet pendente dilatione officiũ iudicis conquiescat,& hoc fallit respectu tertij,ut no. Bal.& Imo.in l.si quis filio exhæredato.ff.de iniu.rup.test.per tex.in l. creditor. ff.manda.& tenet Fel.in c.super eo.in prin.de offi. deleg.

b Adde Alex.in l.fi.ff de iurisd.om.iudi.& Bar.in l.etiam,de tute. & in l.legitimos,col.2. ff.de tutel.& Io. Are. & Iaſ.ibi in add.ad Christoph. Porc. inſti.de auth.tu.§.sed hoc iure.

c Adde ibi Barto.Pau.& Alex.Inno.in cap. præterea de dila.& Alexan.in addi.ad Barto.in l.si quis ex aliena.ff.de iudic. & Anto. Corset. in suis sing. in litera. iurisdictio. vbi ponit octo limitationes ad d. l. 2. & l. si quis ex aliena, videlicet an iudex possit cognoscere an sua sit iurisdictio. & ꝙ quis teneatur comparere.adde Ange. Peru in d.l.2.& pulchrè Abb. & insuper Felin. colum.11.ver.an sua sit iurisd.in c.super literis,de rescr. ubi ampliat regulam tribus modis,& ponit.104. fal.& vide Alexan.consi 1. vol.6.& Abb.& Fel.in

e, ex parte Decani. col. 4. versi. inquantum. Abb. de rescrip. & Dyn. in regula, ꝙ quis. in fi. & mag. Guli. de Monfarrat. in comment. suo super Pragm. Sanc. in prima parte fol. 16. & Ang. in consi. 195. Franc. de Are in consi. 116. incip. clarissime domine. Et vnū nota quod mihi circa illud hic. Bituris contigit. vtrū debeat præmitti summaria cognitio, an locus. vel quis sit de iurisd. citantis. & debeat primo pronuntiari super hoc. in nota. & cōiter doct. in d. c. super literis. concludūt ꝙ sic licet Bar. in d. l. 2. si qs in ius voc. non ierit teneat contrariū. & multi eum sequuntur vbi. Al. ponit ad satietatē & Fel. in c. si clericus laicū. col. 2. versi. prima conclusio. de for. compe. vbi dicit cōem opi. esse contra Bart. & seq. & vide gl. Bald. & Card. Alex. in c. 1. in princ. de inuest. in marchum fac. & ibi Andr. Barb. in add. ad Bald. q dicunt glo. ibi nō esse pro cōmuni opi. alibi tamen deci. Capel. Thol 210. tenet opi. Bar. non recedas à communi opi. quæ in curijs ecclesiasticis seruatur, sed in curijs secularibus opin Bart. seruatur. quia de stylo illarū ad omnes fines plebiscitantur.

officium facientis, aut constat non spectare. Aut
4 dubitare. † Primo casu factum valet etiam si iniquè decernat: vt. ff. de iusti. & iur. l. pen. & de iudi. præses. & l. cum prolatis. Secundo casu factum ipso iure non valet. vt hic. & ff. eodem. l. factum. & de re iud. l. contumacia. §. contumax non videtur. Tertio casu non valet ratione dubitationis: vt d. l. 2. & l si quis ex aliena. & ad municip. l. de iure. debet ergo intelligi regula, quando constat ea quæ facta sunt non spectare ad officium facientis.

IN REG. SCIENTI. ARG.

1 *Dolus scienti & consentienti non fit, sicut nec iniuria.*
2 *Vendens hominem liberum volentem, nō tenetur actione iniuriarum.*
3 *Rapiens virginē volentem, an teneatur, & qua actione.*
4 *Deceptus pro nolente est reputandus.*
5 *Sententia interueniens quando minuat obligationem.*
6 *Compromittentes an possint petere reductionem ab arbitrium boni viri, si promiserint se non petituros.*
7 *Pactum de non agendo ad depositum an valeat, & an futurum dolum.*
8 *Compromissum pœna adiecta factum an sit seruandū*
9 *Pater promittens filium se non exhæredaturum apposita etiam pœna exhæredare poterit demorientem.*
10 *Pactum de non reducendo ad arbitrium boni viri, esst à iure reprobatum.*
11 *Arbitramēta iniqua arbitrio boni viri sunt corrigēda.*
12 *Arbitrium iniquum nulla lege inuenitur fulcitum.*
13 *Arbitri libertas limitatur & restringitur ad id quod iure licet.*

REGVLA XXVII.

S*CIENTI & consentienti, non fit iniuria, neque dolus.*

1 ¶DVAS ponit regulas. † Prima est ꝙ scienti

&

o Adde Cy. in repet. l. vlti. op. C. de episcop & cler. sequitur Dy. hic præceptorem suum in solut. hic factis per Dy. & vide Bar. in l. 6. vsque adeo. ff. de iniur. & in consi. 175. qui allegat hic Dy. & quæ no. Bar. in l. 6 inter omnes. 6 recte ff. de fur. & Ang. Are. in §. 2. gl. fraudolose. & in §. sed si credat Insti. de fur. & Bart. in l. 3. §. si qu s volentem. ff. de libero ho. exhiben. vbi dicit, q si scholaris qui detinet seriprore in domo ne in de possit exire, q non facit do lo malo si scri ptor vult, secus si contradice. rer, v. ibi. Et etiam dicit ibi Bar. esse ar. cō tra eos qui sub ducunt puellas & pueros, & tinēt eos & faciunt eos dicere q voiūtariè stant. quod no. ad l. vnam. C. de rap. vir. ver. sine volētibus. & l. raptores, C. de epi. & cleri. & vtrobiq. per Bal. & Sal. adde, quæ not. Fel. in c nulla. col. 3. de accu. in c 1. col. 2. versi. quid aliti; malefi. in ti. ti. de mulctis. q6. versi. item quæ de facto cōtingit. & ibi Iac. Burt. in addit. qui alleg. hic. Dyn.

& consentienti nō fit iniuria. Secūda est quod sciē ti & cōsentienti non fit dolus. Primę autem regulę exemplū potest poni: quia a iure cauetur † q si ven do hominē liberum voluntatē, non teneor actione 2
iniur. vt ff. de iniur. l. 2. §. vsque adeo. Itē exemplū secūdæ regulæ poni pōt: quia dicitur in iure, si detī neo liberū hominē volentē consentientē: nō teneor interdicto de liber. homine exhibend. vt ff. de liber. hom exhi. l. tertia § si quis volentem. Item ad vtriusque prædictarum regularum confirmationem accedit. C. de transac. l. cum donationis. & de rescin. ven. l. venditor. & ff. de in ius. vo. l. quāuis. & de aqua plu. arcen. l. in diē. & quæ in fraud. cred. l. qui autem. §. Præterea. & de furt. l. inter omnes. §. pen. & ff. eo. l. nemo videtur. ¶ Sed opponitur & uidetur, † q in 2
iuria fiat etiam volenti, quia si rapio virginē etiā vo lentē, teneor. vt C. de rapt. virgi. l. vnic. & in auth. de rap. muli. & ar. ff. de seruo. corrup. l. 1. §. per suadere. & §. ult. Sed dicendum est q cūm ex vna parte interuenit voluntas, ex alia persuasio a dolo a
sa, regula non habet locum, † quia is qui decipi- 4
tur, pro non volente habetur. & hoc ex eo procedit, quia dolosa persuasio plus est q̄ violenta coa-ctio. §. de li. homi. exhib. l. 3. §. si volentem. 2. respō. & de ser. corru. l. prima. §. persuadere. sed vbi dolosa persuasio in altera parte non probatur, scientia cum con sensu inducit præsumptionem, quòd nō interuenit iniuria, neque dolus. & ita loquitur regula, & leges superius allegatæ ad regulā confirmandam. † Item opponitur, & uidetur q scientia 5
interueniens obligationem non minuat, ff. de ædi. edic. l. iustissimi. Dicendum est, q aut scientia in teruenit tempore contractus, vel alterius actus de cuius probatione tractatur, & tunc habet regula lo cum. vt ff. de ædil. edict. l. 1. §. si intelligatur. & de

act.

a Adde q̧ istam quæstionē posuit Dy. in l. quidam eũm filium. de verb obl. & in suo consi. 13. inci. Ptolomæus & Cyn. & Bal. in l. cum antea C. de arbit. in qua fuerunt opin. variæ. quas concorpando distinguit pulchrè Bart. in l. si societatem. §. arbitrorum. col 2. vnde, & ibi Alexan. in addi. ff. pro socio. dicens, q̧ aut arbitrator inique est arbitratus dolo, & talis renunciatio non valet, quia

act. empt. l. 1. in fin. & d. l. quę. autem. §. preterea,

6 ¶† Itē uī facere regula ad quæstionē quæ sæpe occurrit, videlicet si aliqui compromiserūt in aliquē tanquam arbitratorem & amicabilem cōpositorē, & promiserunt inuicem laudem nō petere reduci ad arbiarium boni viri sub certa pœna, an is cōtra quē fuerit inique pronūtiatū, possit petere reduci

a ad arbitriū boni viri, ita q̧ non cadat in pœnam? a

¶ Vide

dolo futuro nō pōt tacitè nec expressè renunciari. vt l. si vnus. §. illud. vbi Guli. de Cun. ff. de pact. & hoc modo loquitur tota dict. Dy. hic secundum Bart. aut arbitrator non fuit in dolo, q̧ tunc aut est deceptio in magna quantitate, & non valet renunciatio, quia inest tacita conditio, nisi immoderatè lęserit. vt l. quæ. o. §. interlocutorē ff. loc. cō si. & ita debet intelligi gl. in l. si de meis. §. recepisse. ff de arb. s̄m Bar. qui vult posse auferre de iure vnius, & dare alteri, non intelligi moderatè accipiendo. Si vero est parua quantitas in qua est excessus, non potest reduci ad arbitrium boni viri. & tunc valet renunciatio. Et dicitur magna quātitas secundum eum, si est excessus vltra sextam partem. vt l. vnde Neruæ. cū princ. l. sequen. ff. pro soc. & hanc distinctionem sequitur singulariter Lanfr. de Oria. in tract. suo de arb. in vlt. parte q. 12. & adde Bar. in l. fi. & ibi Doct. mod. ff. qui satis. cog. & Bal. in l. iubemus. in fi. prin. c. ad Treb. & in l. 1. c. de his qui pœn. no. sed Bar. in d. l. cum antea. col. vlt. & Cy tenet opi. Dy. hic, licet Bal. contrarium tenet ibi, tamen non est recedendū à distinctione Bar. & sequacium. & tenet Abb. Sic in c. cum dilectus. post gl. col 6. in prin. versi. in eandem glo. de arb. in c. Quintauallis. de iureiu. & vide Spe & ibi Io. And. in addi. ti. de arbi. in §. fi. ver. item quid si compromissum est tanquam in arbitrium. & Bart. & ibi Alex. ad saturitatem in l. qui Romæ. §. duo fratres. ver. in glo. magna. col. 2. ff. de verb. obli. & Ale. in consi 32. col. 31. ver. si postremò. cum prin. col. 2. & Bal. consi. 329 aliàs est consi. 331 incip. præmitto. quod ista fuit quæstio. lib. 3. vbi q̧ communis obseruantia est. quod quæcunque verborum cautela sit opposita per enormem læsionem, potest peti reductio. vt dicit Dy. hic in fi. & hoc etiam confirmauit Bald. eius consi. 6. lib. 4. vbi refert Raynu. de For. dubitasse in q. duo promiserunt. & Ioan. Cald. in q duo adinuicem litigantes. & vide Petr. de Anchar. consi. 200 incip. iudex &c. & Fede. de sen. consi. 325. & Angel. consi. 272. incip. Ludo- Oldra. consi. 156. incipi. primum quod quæritur, & Abb. consi. 64. lib. 1 & Ludou. de Rom. consil. 90. versic. 2. principaliter. & Paul. de Castr. consil. 454. incip. viso. laudo. & celebriter. in consil. sequen. incip. viso compromisso. & in consil. 252. secundum ordinem eorum, sed secundum aliorum num. est 254 & adde Franc. de Are. in repet. l. si quis arbitratu. post. Doct. ff. de verb obl. g. & Ange. in d. l. si duo fratres. & etiam intelligunt Doct. s. alleg. si interuenerit iuramentum & non petendo reductionem ad arbitrium boni viri. & vide Ant. de Butr. in consil. 34. & Alexand. consil. 18. in 2. vol. & Lanfr. de Oria, vbi s. & Cepola in sing. in caute. 257 cum tribus seq. & dec. Capel. Tholo. 268. & in decis. Parlam. Delphin. 419.

&

gantur: ergo pactum quod non corrigatur, non videtur tenere. arg. ff. de admi. tu l. quidam decedēs. & de su. & legit. hęre. l. vlt. & de reg. iur. l. neq; in pignus. §. priuatorum. & ad leg. Falc. l. quod de bonis.
Card.inde q 7.de excep.tenet ꝙ non.Archi. idem in c pia. de except. iste lib. spec.in tit.de procura.§.sequitur.vide in uersi.quid si excommunicatus.& Io. de Imo.in l. si cum dotem.§.si patri,ff.sol.mat.Bar.autem in l.apud Celsum. §.cum legit ff.de doli excep & in l.doli mali.qõ,pen.ff.de nouat. distinguit,& fortè melius ut ex causa onerosa quæ supra sunt dicta procedant, ex causa verò lucratiua secus.

Item

P

a Adde quòd emptori cessionario potest opponi exceptio compensationis. vel alia obijci sicut poterat venditor,& cedenti,vt tenet Cyn. Bal. Ang.& Sal, in lege,eius. C.de compensat.& Bar. Bald.& Ang.in l. si quis in rem,ff. de procur.& Spec tit.de procur.§.1.& Bar.Mop in l.doli ff.de nouatio.& Alex.in cōsil. 34 col. vlt. vol.2.& Bald.& Sal.in l.quæ stipendia.ff. de procur. & Bart.in l. qui duos. in prin.ff. de leg. 2.& Pa. de Castro in cōs. 47. col. 2, & decisio. Capel. Th. q.93.in fin. & decis.Parl. Delphi. dist. 57.& illustrissim. doctor dñs Frāc. de Aret.in cōsi.16. in fi.

¶†Item quæri potest,an exceptio compensationis 16
quæ obstat venditori possit opponi emptori? quōnē hanc mouent Glossatores iuris.Ciuilis.ff.de pro
cur.l.si quis rem suam.sed nō determinant. & ideo
prima facie videtur dicendum quòd non possit
opponi,cùm habeat titulum non lucratiuū,ut d.§.
de actoris.& §.si cum legitima. Econtrà uidetur ꝙ
possit opponi:ut ff.de exceptione rei iudic. l.fin.&
commu.diuidun.l.in hoc iudiciū.§.si inter socios,
& pro socio.l.idemq;.§.fi.† Mihi autem videtur ꝙ 17
possit opponi: quia omnis exceptio cohærens rei
quæ poterat opponi venditori, pōt opponi & emptori:*a* ut d. l. fi. ff. de excep. rei uend. & d.l.in hoc a
iudicium. & idemq;. ꝙ autem exceptio compensationis rei cohæreat,sic ostenditur.† Iure cauetur 18
ꝙ exceptiones personæ cohærētes non competunt
fideiussoribus ex persona rei,sed cohærentes rei cōpetunt: *b* vt ff.de exceptio. l. exceptiones quæ per b
sonæ.in prin.§. rei verò. Sed exceptio compensationis ex persona rei datur fideiussori.: ut ff. de compensat.l.si quid. Ergo sequitur quòd rei cohæreat,
& propterea possit emptori opponi. Dyn.

IN REG. PRAESVMITVR.

Argumenta.

1 *Tutor præsumitur ignorare se tutorem datum esse.*
2 *Dominus p̄sumitur ignorasse seruū militiā suscepisse.*
3 *Ignorantia iuris nec præsumitur,nec toleratur.*
4 *Scientia an potius præsumatur quam ignorantia.*
5 *Scientia rei alienæ præcedēs in defuncto præsumitur continuasse in hærede.*
6 *Ignorantia iuris quando præsumatur,& quādo facti.*

REGVLA XLVII.

PRAESVMITVR *c ignorantia, ubi scientia non probatur.* c

¶LICET hęc regula generaliter loquatur, estrin-

b Adde glo. & ibi Bar. singulariter, & Ale. in addi.vbicūque.ff. de fideiuss. & Bal. pulchrè in l. iam mādator C. de non num. pec. & Ioan.Fab. & Ang. Are.in §. fi. instit.de except,& Lud. de Ro.in suis singu,fol.9.col. 1. & Alex.de Im. in consi. 66 volu.3.& Pau de Cast.consi. 87. vol.1. in antiqs. & quæ no. Bal.in l.1. col. 3.versi. quæro si succurritur mulieri. C.ad Velleianū. & Ale.in cōs. 54. in fi.lib. 6.

c Adde quando quis præsumat sciens vel ignorans. Spe.

in tit.de compe ind.additio.§.j.versic.sed nunquid. & Bald. in l. verius. & ibi Flor.de S.Petr.ff.de probatio.& Philip.Franc.& Albe.de Rosa hic. & Alexand. in consi.31.Et ignorantia an & quando possit quem excusare,vide Bald. in cō. si.244. in fi. uol. 2. & quando est ignorantia credenda alleganti.Bald in consi. 150.incipien.modo restat.eod.uol. & Abb. Sic. in c. Innotuit.col 4 de electio-ne.& Arch. in c. proposuisti distinct. 92. & ignorātia non est uitiū.l. fac cus.de lega. 3. Bald.in consi. 210 in fi.lib.j. Et an excuset à delicto, vide Angel. Aret.in § pœnales. uer. in ca.gl.instit. de actionib. Et nō excusat aliqué facientem actum clam.ut not. Ludou.de Ro.in suis singularibus incipient regul.est col. 4 fol. 20. & uide Dyn.& quæ ibi dixi i reg. ignorātia

restringenda est tamen ad ignorantiam facti: vt pa
1 ret per exempla.† Primum enim exemplum poni potest in tutore,qui præsumitur ignorasse se tuto rē datū,vt l.hoc autē.ff.de admini.tut.Secūdum pa tet:quia præsumitur defunctū ignorasse rē quā le-gauit esse alienā vel obligatam:vt ff.de proba.l. ve-
2 rius.† Item in dn̄o cuius seruus militiam suscepit, quia præsumitur ignorasse:vt C.qui milit. nō pos. l.super seruis.quæ exēplā omnia pertinēre ad igno
3 rantia facti,†In iure autē nō præsumitur ignorantia,nec etiā toleratur:vt C.de iur.& facti ignor.l.cō stitutiones.& de legib. leges sacratissimæ, & ff. ad leg.Corne.de fal.l.diuus,circa prin.& s̄.c.ignorātia.
4 †Sed opponitur & videtur ꝙ præsumitur scientia etiā in facto:quia si defunctus sciuit rē alienā,& hæ res præsumitur scire rē alienā:vt ff.de diuer.& tēp. prescri.l.cū hæres.& de publi.l.si ego.§.partus.†sed
5 ibi præcessit scientia rei alienæ in persona defuncti,quæ cōtinuata videtur in persona hæredis cū ꝑ sonam defuncti repræsentet.vt in auth. de iureiur. a mori.præsti.colla.5. ¶ Sed contra hoc est apertè s̄. eo. cùm quis. & ff. eo l. qui in alterius. sed dicas ꝙ aut hæres.contendit per allegationem ignorantiæ lucrū captare,aut damnum vitare. Primo casu præsumitur scientia defuncti continuata in persona hæredis,ut d. l. cùm hæres. & d.§.partus.Secundò non præsumitur:ut s̄.eo.c.cū quis.& ff. eo.l. qui
6 in alterius.¶ † Vltimò distingui posset,aut allega-
a tur a ignorātia facti aut iuris. si facti , aut proprij; aut alieni.si proprij,aut proximi aut dudum remo ti,si

Adde quòd uoluit allegare Roma.sing. suo 717.incip. regula est, qđ quaecunq; persona . uide qđ notaui i apost. ad istum in al leg.reg.ignorātia.s̄.adde Fel. in c.qm̄.col.penul.i prin.ver. quinta conclusio.de cōstit.& Bald.in l, 1.C.de inter.matr.pro quibus est text.in c.cum inhibitio de clau.despon.& uide eundem Fel.in c.consuluit. col.7. uersi.glo.in uersi. lucem.ut al-leg.gl.in alleg.l:1.de inter.matr.

a Adde Bart.in l.si quis delegauerit.§ fin.ff.de noua.& in l.non fatetur.ff.de confes.& in l.Celsus.ff.de usuca.& Angel. Aret.& Ias. Mayn.in §.si quis. col.

2.& Instit.de actio.ubi expressè tenent ꝙ in proprio facto est tollerabilis ignorantia. si sit factum multum de longinquo: ꝙ intellige uerum ſm Iaſ. ubi ſ. qñ tractatur de damno vitando, quia tunc ex longinquitate téporis bene præsumitur ignorantia in facto proprio, secus quando tractatur de lucro. istud est singulare quod uoluit Bar. in l. qui fundus. §. seruus me. per illum tex. ff. pro empt quod cõmendat Ange. & Iaſ. vbi §. & limita alio modo per Iaſo. & ibi adde Abb. in c. ab excommunicato. col. 6. de rescrip. & Alex. in consi. 134. col. penul. uerſ. quòd hæc opi. Sal. lib. 1. & Lud. de Ro. in conſ. 481. & in consi. 273. & Alex. in cõſ. 69. col 4. circa fin. & in consi. 168. in princ. lib. 5. & Dy. & quæ ibi ĩ regula. ignorantia. ſ. eo. & Cepol. consſ. 26. col. 6. a Adde quis succedat clerico, & in quib⁹ succedat eccle. & Bald. & Sal. & sequa. in l. si qs presbyter. hic fall. & Inn. & Abb. in c. cũ in officijs. & c. requisisti. & c. cum esses. de testam. cum sim. Sed quęro incidéter, an ecclesia & clerici teneantur ꝓ possessionibus soluere collectas, tributa, & alia

ti, si alieni, aut extranei, aut defuncti, in cuius locũ succedit. Et si defuncti, aut certa de dãno vitando, aut de lucro captando, aut potuit peritiores consulere aut non. vt plenè distinxi. ſ. eo. c. ignorantia.

IN REG. LOCVPLETARI. ARG.

1 *Disiunctiua alterã sui partẽ tãtùm verã esse requirit.*
2 *Locuples effici nemo debet cum alterius iniuria, aut iactura.*
3 *Pupillus recuperans rem sine tutoris autoritate uenditam, non debet pretium lucrari cum iuria emptoris.*
4 *Aequitas quando rigori sit præferenda.*
5 *Expẽsæ factæ mala fide in re aliena, domino rei cedũt.*
6 *Exceptionem non numeratæ pecuniæ intra biennium non opponens, obligatur efficaciter.*
7 *Exceptio non numeratæ pecuniæ quo casu biennio non excludatur.*

REGVLA XLVIII.

LOCVPLETARI *non debet aliquis, cum alterius iniuria, uel iactura.*

¶† VERBA. istius regulæ ponũtur disiunctiuè, & ideo sufficit interuenire alterũ de disiunctis, ut impediatur locupletatio, qa natura disiũctiuæ ita se habet, ꝙ nõ reqrit vtrunq; sed sufficit alterũ: ut ff. de cõdi. & dem. l. cùm pupillus. §. disiunctiuè. sed ff. eo. l. iure naturæ verba ponuntur copulatiuè. & ideò reqritur omnia copulata cõcurrere, seu simul vera esse. ff. de condit. instit. l. si hęredi plures. & de verb. oblig. l. si qs ita. † Duo ergo dicit hæc regula. 2
Primum est, ꝙ aliquis non debet locupletari cũ alterius iniuria. Secundũ est, ꝙ aliquis nõ debet locupletari cũ alterius iactura, siue damno. exẽpla uerò huius regulæ plana sunt, si enim p̄sbyter vel aliqs clericus moritur intestatus, bona eiusdẽ pertinent ad ecclesiam, exceptis rebus quæ censibus a vel iuri a
patro-

onera quæ laici soluunt: Bart. singulariter, & ibi pulchrè Alex. in addit. in l. rescripi. §. sciendum. ff. de mune. & hono. & Bar. in consi. 180. incip. si aliqua & Bal. in l. j. § fi. ff. quod cuiusque vniuersi. nom. & in consi. 168. incip. præm ss° statuto uol. 1. & Ang. de perus. in consi. 24. incip. eccle. & in consi. 106. incip. inter ordinamenta & Bar. Bald. & Ias. in l. placet. & in auth. nulla communicas, & l. de his. C. de episc. & cler. & Ioá. de Plat. in l. si diuina domus. C. de exac. tribu. lib. 10 & Innoc. & Abb. Sicul. in c. non minus de immunit. eccle & Abb. in conti. 6. uol. 2. & amplè in consi. 3. & in consi. 6. vol. 1. & Albe. de Ros. in rub. de sacros. eccl. & dominũ Petrũ de Anthos l°. in tracta. suo nu. 3. in 3 parte uersic. interdum quis excusatur à muneribus. & deci. Parla. Delphi q 69. & in q. 384. & ibi in addict. & in q. 482. & seq & in addit. & Gaspar. Cald. in consi. 12. titu. de Consti. Host. in summa, de immu. eccl. §. quibus. & Io. Fab. in l. placet. C. de sacrosanct. eccle.

patronatus. vel alij iuri erant adscriptę. in illis
enim non succedit ecclesia, quia locupletaretur
cum alterius iniuria, quod esse non debet: ut C. de
3 episcop. & cleric. l. si quis presbyter. † Item in pu-
pillo qui vendit rem suam sine tutoris autoritate
& pretium recepit, nam si recuperat rem, non de-
bet lucrari pretium cum iniuria emptoris, & ideo
quatenus locupletior apparet, restituere tenetur,
vt C. de vsucap. pro emptore. l. ult. & idem dici po-
test in ecclesia quę tenetur ad restitutionem pretii
quatenus locupletior apparet facta, cum ecclesia
pupillo assimiletur, ut C. de epis & clericis. l. or-
phanotropos. Et ad prędictorum cõfirmationem
accedunt. ff. de institut. l. si quis mancipijs, §, Pro-
culus. de condict. indeb. l. naturaliter. in fi. & l. nam
hoc natura cum multis similibus. ¶ Sed con-
tra regulam videtur id quod de vsucap. & pręscri-
4 ptione tractatur iure canonico & ciuili. † Cũm. n.
ęquitas deberet præferri, & effectus vsucap. &
a pręscriptionis impediri, ut C. de iudic. l. pla-
cuit. sed ad hoc plenè responsum a est supra eo-
dem c. possessor. Et ideo responsione vlterius nõ
in-

Adde in quantum hic quærit an clericus teneatur soluere collectam, Bal. l. si placet. nu. 4. & quod ibi posui in addic. ad ipsum in uersi. gabellis. C. de sacrosanct. eccl. Bar. consi. suo 220. incip. punctus quæstionis talis est, quidam Titius olim de Perus. Archid. Gemin. & Philip. Franc. in c. quanquam de censi. 5. isto lib. Pan. in fi. nu. 4. vbi notaui in apost. ad ipsum in uersi aliquas gabellas. de vita & honest. cleric. Aufrer. in repetit. clemen. 1. in reg. 2. fallen. 27. & ibi dixi in apost. ad ipsum, in uersi. secundum ueriorem opinionem, de offi. ordi. & nota in literis Spec. in tit. de cler. coniug. uersi. ad huius autem articuli. & Io. Perus. consi. suo incip. omnipotentis Dei postulato suffragio &c.

a Adde aliam solutionem. quod si locupletari cum aliena iactura non licet, lex tamen propter bonum publicum ne dñia essent in incerto præscriptionem induxit contra utilitatem priuatam, ut not. Card. alleg. in c. ius generale. 1. dist.

indiget.† Itē solet opponi de expensis in re aliena 5
mala fide factis, quæ cedunt lucro domini cū damno impendentis, vt ff. ad leg. Aquil. l. si seruus. §. si oliuam. 2. respons. & de doli exception. l. Paulus. sed dicendum est, ꝙ ibi non est iniuria impendentis, cùm iniuria non fiat volenti, ut suprà eo. c. scienti. & ff. de iniur. l. 1. usq; adeò. Item nam damnum quod quis sua culpa sentit sentire non uidetur, ut ff. eod. l. damnum. ¶ Præterea si damnum esset, is qui impendit videtur esse in culpa, scienter impendendo in rem alienam, ut ff. eod. l. culpa. & s̄. eod. cap. non est sine culpa. Et ideo cùm impendentis culpa præponderet, sequitur quòd eius conditio deterior esse debeat, ut ff. ad leg. Aquil. l. Item si obstetrix. & l. in lege Aquilia. ¶ † Item uidetur ob- 6
stare regulæ: quia qui non opponit exceptionem non numeratæ pecuniæ intra biennium, a obli- a
gatur cum effectu, ut C. de non nu. pecu. l. in contractibus. & l. si ex cautione. & insti. de litera obligato. ergo aduersarius eius locupletatur cum iactura &

Et vide Pau. de Cast. in consi. 259. col. 1. in antiquis. qui ponit vnum casum in quo locupletatur quis cum aliena iactura, vt l. si. ff. de neg. gest. & ibi glo. & Doct. Et no. quod ex præcepto, Quod tibi fieri non vis, alij ne feceris, cedit ista regula. Nemo debet cum aliena iactura locupletari, vt not. Host. in sum. præiudi. §. vnde habuit. Et Card. Alexand. in c. humanum ius. in 2. no. 1. distinct. & Dy. in regula, possessor. in 3. oppo. §. eodem.

a Adde quando opponi possit exceptio nō numeratæ pecuniæ Legistas s. iuribus hic allega. & Angel. Are. de lit. obl. institu. Abb. & Doct. in c. si, de solut. & Bald. consi. 47. uol. 2. Pau. de Castro consi. 234. in 2. vol. nouorum. & Host. do. Anto. Abb. ibi singuli. Fel. in c. si cautio. col. 12. de fide instru. vbi ponit duas regulas cū pluribus declarationibus & fallentijs. Et quòd quis de æquitate canonica admittatur post biennium ad exceptionem non numeratæ pecuniæ. sed Dyn. hic tenent dom. Ant. & Abb. Sic. in d. c. si. & ibi Imo. & Bald. in l. si ex cautione in 9. qō. & ibi amplissimè Sal. in 2. qō & Bald. in l. in contractibus. in prin. col. 9. eodē, & Alexand. consi. 158. vol. 2. versi. nec obst. & Bal. consi. 396. in prin. vol. 1. & ista est communis opinio secundum Fel. in d. c. si cautio col. 17. in prima fallen. secundæ regu. quanquam. Spec. in tit. de restitut. integr. §. qui autem. & do. Anton. in c. quia plerique. de immunit. ecclesiæ, dicant, quod lapsus biennij inducit totale silentium etiam de iure canonico & communem opinionem tenet Ang. consi. 154. incip. Iudæi. & Ludo. de Roma. in l. si diuortio. ff. de verb. oblig. sed Bald. in l. cum quis. col. 6. C. de iur. & facti ignor. tenet contra Dyn. & communem opin. Et uide Ludo. Bolog. l. 1. C. de condict. ob turp. causam in secundis interpret. Quid si iurauit non uenire de iure nec de facto? vnde plenissimè in decis. Capel. Thol. 375. Et nota ꝙ Ecclesia potest post biennium opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, vt no. Bald. in authen. hoc ius porrectum. & ibi Cyn. & Moder. C. de sacrosan. eccle. & Ludo. de Rom. in repet. authen. similiter, C. ad legem Falc. & dec. Capel. Tholoss. 408. vbi ponit quid de minore. & Ang. in consi. 156. circa medium. vbi limitat hic Dyn.

& iniuria non opponentis, sed de iure ciuili respondetur, ꝙ cùm fiat legũ autoritate, non uidetur iniuria fieri, sed negari non põt, ꝙ non fiat cum damno
6 veritate inspecta. † Et ideo si is qui confessionẽ recipiat, sciat se nõ numerasse dicerẽ, ꝙ de æquitate canonica exceptio non numeratæ pecuniæ non excluderetur biennio, cum malæfidei possessor nullo tempore præscribat; ut suprà eod. c. possessor. Dyn.

IN REG. IN POENIS. ARG.

1 *Violentia in dubio sine armis facta præsumitur.*
2 *Tutor remotus in dubio ob culpam, non ob dolũ præsumitur.*
3 *Vulnerans animũ occidẽdi habuisse in dubio p̃sumitur.*
4 *Delictum, si nesciatur a quo cõmissum sit, puniri debent omnes consortes.*
5 *Pœna pro delicto quo casu sit infligenda.*

REGVLA XLIX.

IN pœnis benignor est interpretatio facienda.

1 ¶ † Si constat aliquem commisisse vim. nam si ignoratur, vtrum cum armis, vel sine armis interpretamur benignius rerum fecisse violentiã sine ar-
a mis, *a* ut per hoc minus puniatur. ff. de pœn. l. si
2 præses. & l. pen. † Item si constat tutorẽ suspectum fuisse, & ob suspicionẽ remotũ, si ignoramus vtrũ propter dolum uel propter culpã benignius interpretamur, propter culpam remotus intelligetur, & propterea non sit infamis. ut ff. de suspec. tut. l. hę enim causę in prin. Sed obstare videtur regulæ. ff. de his qui not. infa. l. 1. exercitum. ubi non interpretamur in partem quę pœnã restringat, sed in illa quę ampliat. sed ad hoc responsum est s. eo. c.
3 odia. † Itẽ opponitur si vulnero aliquẽ, licet nõ occidã, pręsumitur in dubio ꝙ habui animũ occidendi, si cõtrariũ nõ probatur. C. de iniur. l. si nõn cõuicij. ergo nõ interpretamur in benigniorẽ partẽ. id
4 est eam quę inducat euictionẽ pœnę, † Itẽ si certũ est plures fuisse in delinquendi actu, nec apparet
b quis eorũ deliquerit, *b* non interpretamur in partẽ benigniorẽ, quia dicimus, omnes puniri debere.

a Adde Dyn. & quæ ibi remissiuè dixi l. pen. addit. in regula, in obscuris. Nota tamẽ ad hanc regulã ꝙ in enormibus criminibus iudex debet vti seueritate, & non benignitate. vt l. diuus. ibi. seuerè vindices, ff. de re iudi. & dicit ibi Bal. in l. ea quæ in fi. C. de condictio. indeb. & est tex. sing. in l. respiciendũ, §. planè. ff. de pœn. & Alexã. in additio. ad Barto. in l. præses. ff. d pœnis: & idem voluit Inno. in c. 1. de constit. vbi dicit esse licitũ iudici in pęnis transgredi leges & ibi vide ample Fel. in 8. fallẽt. & Barto. & Bald. & Ange. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notan. infa. & in l. si seuerior. C. ex qbus cau. infa. irrogat. & Cepol. in consi. 24. col. 14. versi. 10. & vlt.

b Nec apparet quis eorũ deliquerit.

a Ade quod notaui s. in addit. ad istum.reg. in obscuris. ubi diffusè tract. ut materia præsentis speculationis, scilicet quando ignoratur quis ex pluribus delictum commiserit. & inquantum dixit do. Coapostil. meus. s. in prin. apostillæ præceden. q. in criminibus &c.

Adde unú sing. dictú Gerar. de Petra sancta. sing. suo 75. in c. magnú est pulchrú. & laudabile nomé hebere, s. q. si plures essent inq. siti & capti p aliquo maleficio, & esset dubiú à quo esset torturainchoá da, quòd tunc cassantib9 alijs indicijs incipe retur ab illo q turpe noméha bet. ista not. card. Flor. in c. cú secundum apostolum. in 2. no. de præb. lib. 6. pro quo facit glo. not. do. & præceptor meus in legibus. Iacob. de sancto Georgio, in præludijs feud. in versi. Carolus, pulcherrimú nomen est.

a Adde hic Io an. And. & Doctor. mod. maximè per phil. Franc. & gl. & Doc. in l. actus. ff eod. titu. & Imo. in l. gerit. ad fin. ff. de acquir. hæredi. & Alex. in consi. 75. lib. 1. Et actus est vocabulú generale, & tamen videt

vt ff. ad leg. Aquil. l. item Mela. ff. sed si plures. ut no. ff. ad leg. Cor. de sica. l. si in rixa. & C. ad leg. Iul. de pub. l. qm̃ multa facinora. ergo uidetur regula falsa. Sed distinguendum est, sicut plenè distinctũ fuit s. eo. c. in obscuris, † quia si incertũ est vtrũ delictũ fuerit cõmissum, regula locũ habet, quia interpretamur minus cõmissum, & ppea in minorẽ pœnam imponendã ut d. l. si preses. & l. pen. sed ubi certũ est delictum & certa delicti qualitas, animus verò delinquẽtis incertus. Itẽ ubi certũ delictũ, & certa qualitas, sed incerta persona, regula locum non habet, vt latius est ostẽsum. s. eo. c. in obscuris.

IN REG. ACTVS. LEGITIMI. ARG.

1 *Actus legitimi qui dicantur.*
2 *Electio sub conditione fieri neqt sicut nec postulatio.*
3 *Tutoris datio, quæ fit a iudice, cõditionẽ nõ admittit.*
4 *Aditio hæreditatis non potest esse conditionalis.*
5 *Tutoris auctoritas non præstatur sub conditione.*
6 *Emptio & venditio cum sint actus legitimi, conditionem non recipiunt.*
7 *Locatio & conductio an fieri possint sub conditione.*
8 *Institutio hæredis, licet actus legitimus dicatur, conditionem tamen ammittit Et quare nu. seq.*
10 *Conditio in testamentis quare retrotrahatur.*
11 *Correctio iuris in dubio violari debet.*
12 *Actus legitimi diem recipiunt & conditionem.*

REGVLA L.

ACTVS *legitimi conditionem non recipiunt, neque diem.*

1 † DICVNTVR actus a legitimi omnes quacunq; iuris scripti parte inuẽti, iuris aũt scripti partes sunt septẽ. videlicet lex, plebiscita, senatuscõsulta, decreta principiũ, responsa prudẽtũ, & magistratuũ ædicta. u. t. inst. de iure natu. §. constat. ff. de inst.

&

restringi sequentia. vt no. Bald. in consi. 263. in fi vol. 2. Et vbi actus potest tra hi ad duo diuersa, magis intuemur quid prodest, quam quod nocet. vt not. Io. de Plat. in locum allegas. de Castren. pecul. C. lib. 12. Et not. quod actus qui non potest fieri purè, nec sub conditione, potest tamen fieri sub duabus conditionibus. vt not. Bart. post glo. ibi per bonos text. in l. diuus §. fin. de fal. & ibi Alex in addit. alleg.

& iure. l. ius autem. Exemplũ aũt regulæ probabili
ter poni potest in electionibus & postulationibus
2 quæ sunt legitimi actus, † ideo neque electio, neqꝫ
postulatio potest sub conditione fieri, & si fiat pro
non facta habetur, ut s. de elect. c. in electionibus.
3 lib. 6. † Itẽ in donatione tutoris à iudice facta, quę
nõ recipit cõditionẽ expressam, & adijciatur, red-
dit dationẽ inutilẽ. ff. de tute. l. mutuo. §. sub condi
a tione. q. a si dico, emãcipato *a* filiũ meũ sub cõditio
ne, si Imperator in Italia venerit, vel si dominus
noster de vrbe recedat, emãcipatio nulla est. † Itẽ
4 in aditione hæreditatis. quia si dico adeò hæredi-
b tatẽ sub *b* cõditione, si nauis ex Asia venerit, aditio
5 nulla ast. ut ff. de acqui. hære. l. cũ qui. §. vlti. † Itẽ in
tutoris autoritate quia si dicat, tutor, pñto autho-
ritatẽ pupillo, si Titius ascẽderit Capitoliũ autho
ritatis interpositio nulla est. vt ff. de auto. tut. l. & si
cõditionalis & probãtur per ordinẽ ista omnia. ff.
eo. l. actus legitimi. vbi vr̃ eadẽ regula poni. Sed si
hęc regula uera est. † quod actus legitimi cõditionem
6 nõ recipiũt: ergo emptio, & vẽditio, quæ est actus
legitimis nõ recipit conditionẽ. quod falsum est.
vt institu. de cõtrah. emp. §. emptio. ff. de in diem
adiect. l. 2. & de peticu. & com. rei uen. l. necessario.
& pro emp. l. 2. §. si sub cõditione. † Itẽ locatio &
7 cõductio est actus legitimus: ergo nõ recipit cõdi
tione. Itẽ societas mandatũ, stipulatio, & cæteri cõ
tractus sunt actus legitimi, ergo non recipiunt cõ
ditionem, vel diem, quod tamen falsum. ut per
8 infinita iura probatur. † Itẽ hæredis institutio, est
legitimus actus. ergo non recipit conditionem,
quod tamen est falsum: licet enim nõ recipiat di
cer- ẽ

Lu. de Vrb. ita tenere in l. si vero. § de viro. in 3. fall. ff. sol. matri. & in l. 5. ff. de verb. obli. vide Dy. supra in regula, beneficium versi. idem est defectus. si fuerit institutionis forma.

a Adde Bart. in l. 1. §. hoc autem senatus. & ibi Raph. Pau. de Cast. & Alexand. col. 2. in fin. ff. ad l. reb. Bal. & ibi Pau. de Cast. in l. se plum. C. de test. & Ange. Aret. in §. præterea. in ulti. q. insti. quib. modis ius patri. põt. sol. & Imol. in l. tã is. §. 1. ff. de dona. causa mor. vbi cõiter tenẽs quod filius non põt emancipari ad unũ actum & Paul. de Cast. & Frã. Are. in l. qui in potestate. col. ulti. ff. de testamen.

b Adde Bal. in l. potuit. in q. 8. & ibi Sal. in 7. q. Moder. C. de iure delib. & Bart. in l. si conditionali. & ibi Alex. in addit. ff. de auto. tuto, uide de authoritate tutoris. & Io. de Imo. in d. l. gerit. ff. de acq. hæred.

a Adde Bar. in l. hæreditas. ff. de hære. instit. qui ponit etiam ultra hanc rationem Dyn. aliam & vide Bal. & Sal. in l. extraneum. C. de hære. instit. & Bal. in d. l. hæreditas. vbi tenet contra Bar. ibi per rationem Dy. hic quod causa testati trahit ad se causam intestati. vnde si quis instituat Titium hæredem usque ad Pascha, & quod post Pascha non sit ulterius hæres, dicit Bar. quòd talis institutio non ualet, propter repugnantiā, quam in seipsa includit. Sed Bal. tenet contrà, vt dixi per rationem Dyn. & idē tenet Pau. de Cast. in consi. 212. in antiquis. & sequit Bald. in §. hæres purè. propter rationem Dy. & ibi Christoph. Porc. & Ang. Are. in fi. inst. de hæred. instit. & tenet Ang. de Perusio. in d. l. extraneū. & Im. in d. l. hæreditas. uersi. vlterius quæri pōt circa prædicta.

certam: ut ff. de hære. instit. l. hæreditas. & institu.
de hæred. insti. §. hæres. tamen bene recipit condi-
tionem & diem incertam. vt ff. de hæred. instit. si
quis instituatur. & l. sub conditione, & l. qui filio. &
C. de hæred. inst. l. extraneum. † Ratio autem quare 9
recipit conditionem, & diem incertum, est aper-
ta: a quia illud quod non recipit diuisionē in par-
tes in se, nec recipit diuisionem temporum, & cō-
tra: ut ff. de testamen. milit. l. miles ita hæredem. §.
& quia diximus. & de usufruct. l. usus fructus ab ini
tio. Sed institutio hæredis non recepit diuisionem
in se, quia non potest aliquis, pro parte testatus de-
cedere, b imò causa testati trahit ad se causam in-
testati: ut ff. eod. l. ius nostrum. & ideo, si testatur
pro certa temporis parte, institutio temporis, non
ualet etiam pro toto tempore, & limitatio tempo
ris habetur pro non adiecta: ut dicta l. hæreditas.
& §. hæres. † sed si testatur sub conditione, uel in 10
diem incertam, euentus conditionis, & diei incer-
tæ, quę conditioni assimilatur, trahitur ad tempus
retro: ut ff. de testam. mili. l. quod dicitur, & ideo
non uidetur pro parte intestatus: & pro parte te-
status, sed existente conditione uidetur in totum
testatus, & eo deficiente in totum intestatus. Vide-
tur ergo quòd istud capitulum corrigit omnes le-
ges, in quibus cauetur in legitimis actibus posse
adijci conditionem & diem. sed dicendum uide-
tur, quia promptum est, & expedit iura iuribus
concordare: ut suprà de elec. c. cùm expediat. lib. 6.
& C. de offic. donat. l. unica, & quia iurium corre-
ctiones in dubio sunt euitandę. ut d. c. cū expediat.

b pro parte testatus decedere. hoc ē uerum regulariter. ut no. Bal. in repetitione l. habeat. numero 61. & ibi dixi in apost. & ad eum. in versic. concludo. C. de sacrosa. eccle. Bar. in l. cum filius. in principio. & ibi dixi in apost. ad ipsum. in uersi. pro parte testatus. ff. de lega. 2. Petr. Philip. Corn. consi. 25. incipien. in casu in littera F. vol. 1. & consi. 85. incipien. plura. in littera. G. vol. 5. & omnino Bartho. Soc. in suo tract. fallen. regula 400. vbi ponit. 22. fallen. ad hoc dictum.

a Adde gl. Bar. bal. & Sal. in l. si nondum. C. de fur. & Ioan. Fab. Ang. Aret. in §. sacræ insti. de rerum diuis. & hic Io. Andr, & Philip. Franc. & an papa possit monachos sine causa restituere mundo. vide Io. And. ample in præcedenti regula. & Abb. Sic. in c. ex publico. de conuer. coniug. & Baitho. Soc. de Sen. in l. Gallus. §. & si quid tantum. ff. de libe. & post. & adde hanc regulam Maria. Soc. in tracta de se oblationibus. 19. libello. in princip.

& in auth. quibus modis natu. effi. sui. §. & tribus. &
11 † quia non est verisimile Romanum Pontificem, qui iura tuetur, huiusmodi breuitate verborum totam obseruationē iuris, aliàs multis uigilijs cogitatam, euertere. C. de inofficio testa. l. si quando. & ꝙ hæc generalitas restringenda sit ad casus enumeratos: vt habetur in tex. & gl. ff. eo. l. actus legitimi. & verba istius regulæ debent exponi actus legitimi: scilicet quidam. sicut & ibi proprie in uerbis tex. innuitur, & per gl. exponitur. & propterea generalis regula remanet in contrarium: scilicet
12 ꝙ † omnes legitimi actus diem recipiunt & conditionem: vt insti. de verb. oblig. §. omnis. C. de iure emphy. l. 1. sed fallit in quibusdam, & in illis loquitur regula, nisi diceres ꝙ hæc regula corrigit ea iura quæ dicta sunt in legitimis actibus pôt adijci conditionem vel diem, quod imaginationi mentis meæ non applicatur. Dy.

Adde, inquisirum petit, an sine causa papa possit restituere mūdo monachos; & dic ꝙ si sine causa quid vult papa, quod tūc non tenetur religiosus obedire eius præcepto inquantū repugnat regulæ ab eo professæ. ita no. Fel. in c. si quis do. col. 3. uersicu. præterea. dicit Hosti. de rescri. ex causa verò posset, vt ibi per eū, vbi allegat Doctorum Theologorum opinio nes. idem Fel. i c. inquisitionis. in prin. de sent excom. & dixi in apostil. ad Pan. post eū in capi. ne Dei ecclesiam. nu. 1. in uersi. contrà regu. & ibi Imo. de simo.

IN REG. SEMEL DEO. ARG.

1 *Sacrum semel effectum, non debet ad vsus prophanos transferri.*

2 *Papa solus sacra prophanare potest.*

REGVLA LI.

SEMEL Deo dicatum, non est ad humanos vsus transferendum vlterius.

¶ EXEMPLVM istius regulæ patet cuilibet:
1 quia † quod semel factum est sacrum, & cōsequenter diuino cultui dicatū, non habet ulterius transferri ad vsus a hominum: unde si ædes sacra in aliquo loco licitè, id est iuris solennitate seruata ædificatur: licet ędificium diruatur, locus remanet sacer: nec debet ad usus hominum conuerti. ff. de rerum diuis. l. intantum. §. sacræ. & de contrah. empt. l. ædes sacra. & institut. de rerum diuis. §. sacræ.

Sed

a Adde quòd id quod à principe venit implorandum, reputatur impossibile propter difficillium ad eum aditum. & idem tenet Lud. de Rom, in repeti authen. similiter. col. 16 in prin. C. ad leg. Falcid. & Bar. in d. §. fin. hic alleg. quę allegat Dy. hic. & uide glo. in l. continuus actus. §. cum quis. ibi Bar. & seq. ff. de verb. oblig & Alex. in d. §. fi.

a Adde, an per electionem indigni eligétes potestate priuétur eligédi. Bar. Bal. Mod. in l. cũ quidam. ff. de leg. 2. & Abb. in c. bonæ in 1. & c. cũ in cũctis. de elect. & ad alia hic not. per Dy. vide Alex in cõsil. 81. col. 2. volum. 5 & Ioan. And. & Philip. Franc. hic, & Bar. in l. nõ putauit §. nõ quæuis. ff. de stab. ibi, non quęuis exhæredatio, sed quæ ritè facta est, vbi dicit quod statutum de mandando executioni instrumentũ, intelligitur de ritè facto & Bal. in l. nõ dubiũ in 2. col. C. de legi. dicit quod statutũ de gabella imponẽda sup contractum intelligitur de valido & Pau. de Cast. in l. 1 §. sancimus. in fi. C. de test. dicit quod clausula cassans. & irritans omne aliud testũ, habet tacitã conditionem, videlicet, si illud in quo est clausulá èst validum, & vide pulchrè. Fel. in c. ex tenorè. ver. de rescrip. ver. rsa, non præstat; col 3. de rescriptis. qui hanc regulá ornatissime glossauit, melius quàm quis maximè. Et quod no. Fel. in c. pastoralis, col. 9. versi. vltra. Abb. tit. de excep. & Bar. in disput. inci. lapsus. col. 3. versi. 5.

Adde pro principio huius apostil. dum quæritur, an & quando eligentes scienter indignum, priuentur ptáte eligendi quod notaui in apostil. ad Gemin. & Philip Franc. in c. quamquam vtrobique, in princ. de elec. isto lib. vbi allego do. eo apostilla

Sed videtur obstare. ff. de uer. obligat. l. continnuus. §. penul. dicendũ est quod hic considerauit iuris possibilitatem, ibi verò summi Pontificis potestatem, qui potest sacrum profanum reducere, quia quod vnius solius potestati subijcitur, impossibile *a* de iure reputabitur. ff. de leg. 1. l. apud Iulianum. §. fi. a

IN REG. NON PRAESTAT. ARG.

1 *Eligentes indignum scienter, an iure eligendi sunt ipso iure priuati. & nu. seq.*

3 *Eligendi ius an cõsumatur per electionem inutilem.*

4 *Legatum pupille factum si nupserit non perit ea contrahente nulliter.*

9 *Legatum factum capaci an adimatur, si secundo fiat incapaci.*

REGVLA LII.

NON præstat impedimentum, quod iure non sortitur effectum.

¶ † Si canonici nominauerunt scienter indignum, & electio effectum non habuit, non tamen priuantur iure eligendi quia non præstat impedimentum, &c. vt s. de elect. c. perpetuæ. c. si compromissarius. lib. 6. de concess. præbend. c. ne captandæ. sed contrà videtur cod. tit. c. quanquam. lib. 6. † ubi eligentes scienter indignum priuantur iure eligendi, *b* dicendum est quod illud cap. quanquam. trahitur ad intellectum illius c. perpetuæ. uidelicet quia 1 2 b

torem meum hic, quàm in addit. ad Card. Mandag. in suo tract. de elect. c. 9. in gl. 1. ubi plenè uide. & Fel. in c. cũ olim. col. 1. de maio. & obed. Et casu quo priuatur ptãte eligendi pp actionẽ indigni scienter factã ad quos devoluitur ius eligendi. uide eundem Mãdag. ubi s. & Doct. coapostillat. in gl. in uer si. poterun t. & seq. & dixi in apostil. ad Panor. in c. cum in cunctis. §. ult. in fi. uer si. ad Metropolitanũ, de elec. & in c. cũ Vintoniensis eod. titu ad mediũ huius apostil. lz. qũ dicit q statutũ loquẽs de mandando executioni instrumentũ, intelligitur de rite facto.

qã si nominãtes indignũ adeò pstiterint q ex vocibus eorũ cõis electio subsequatur, tunc priuantur iure eligendi. vt c. q̃q̃. alias nõ priuatur: vt c. perpe-

3 tuæ, † Itẽ põt poni exẽplũ, si testator legauit mihi vnũ de seruis quẽ elegerim, & ego elegi, & electio non hẽt effectũ, ius eligẽdi nõ est cõsumptũ, & ideo nõ pstat impedimentũ volenti iterum eligere. ff. de opt. leg. l. 2. 3. & 4. alias si electio sortiretur de iure effectũ, consumptũ esset ius eligẽdi, nec liceret ulterius variare: vt s. eo. c quod semel, de leg. 2. l. statu-

4 liberũ, §. fi. cũ multis si. † Itẽ poni põt exẽplũ: ponamus q legatum relinqtur pupillæ sub cõditione, si cõtraheret matrimoniũ: nã si cõtrahit matrimoniũ ĩ. pupillarẽ ętatem nõ sortitur effectũ: & ideo non pstat impedimentũ: facta. n. legitimæ ætatis poterit cõtrahere, & cõditionẽ cõtrahendo implere. ff. quã. dies leg. ced. l. qđ pupillæ. & de cõd. & demon. l. hæc

5 conditio. † tñ cõtrà vr q iure cauetur q si testator relinquit legatũ primo capaci, & posteà animo adimendi primo, reliquit secũdo non capaci, qa licet nõ sortiatur effectũ in psona secũdi, tñ præstat impedimẽtũ primo, qa impeditur petere legatũ. ff. de leg. 1. l. planè. in prin. & de adi. leg. l. legat. §. pr. & licet. §. minor. sed dicẽdũ est q legatũ in tacita volun

a tate *a* adimit ff. de adi. leg. l. 3. §. fi. & l. ex pte. & de qb. vt indig. l. si inimicitiæ. cũ ergo appareat p trãslationẽ factã in secũdũ testatorẽ voluisse tacitè primo adimere, illa tacita adẽptio sortit de iure effectũ, vt dictũ est, & ideo præstat impedimẽtum. Dy.

Adde, q illud non attenditur de statuto pœnali. notarius. n. scribens testm̃ nullũ & falsum, punitur de falso licet ex alia causa sit nullũ, ut no. Bar. in l. qd ergo. §. cũ autem. ff. de in famib. & in l. quis legatũ. & ibi Alex. ff. de fals. Bal. & Salic. in l. 1. C. de sepul. viol. & Iac. Rebuf. in fi. cũ. 9 & ibi dixi in apostil. in uerbo notarius. C. de locat. pdio. ciuil. uel nfe. tit. 11. Secus aũt si sit nullũ uel imperfectũ seu de actu imperfecto. ita notat Bald. in l. iubemus C. de testamentis. ubi plenè.

IN REG. CVI LICET. ARG.

1 *Pater adulterum filiæ & occidere, & cõtumelijs afficere potest impunè.*

a Adde Angel. Aret. instit. quibus modis testa. infirm. §. posteriore. col. 2. in glo. existere. & ibi Io. Fab.

a Adde quod idem est in marito ut est tex. & ibi Bart in l. marito. §. illud. ff. de adult. & ibi etiam in parte. & Bar. & ibi Alex. in addition. in l. nec in ea ff. de adul. Ang. & Alex. in l. in suis. in principio. ff. de liberis & posthum. Cy. in l. 1. in fi. C quæ sit long. consuet. & Fel. in capitul. si verò de senten. excom. & Bal in l, si quis non dicam rapere. C. de episcop. & clericis. ubi ponunt plures q. ad hanc regulam. No. q grauius est in mente viri adulterium vxoris, quam homicidium filij. tex. in l. codicillis. §. pe. ff. de leg. 2. & Bal. in ca. ex parte. de cō suet. & in consi. 161. lib. 3.

2 *Filius familias patre consentiente causa mortis donare potest, testari autem non potest.*

3 *Præses prouinciæ ad mortem damnare potest, deportare uero non potest.*

4 *Curialis etiam si prædia donare possit, vendere tamen eadem nequit.*

5 *Procurator prorsus reuocari potest, partim nō potest.*

REGVLA LIIII.

CVI licet quod est plus: licet vtiq; quod est minus.

¶ † LICET patri occidere adulterum cū filia 1
comprehensum, *a* & ideo licebit quod est, minus a
id est adulterum cum filia comprehensum contumelijs afficere: ut hic. & ff de adult. nec in ea. §. ius occidendi. Itē pōt facere iudex quod est plus, id est iuramentum in litem deferre actori, & ideo debet posse quod est minus, id est taxationem iurisiurandi adijcere, vt ff. de in litem iurand. l. videamus. §. penultimo. † Item si maius concedere testamentū 2
q̄ mortis causa donare, quod patet, quia filiusfamilias potest mortis causa donare patre consentiēte: vt ff. de donat. causa mortis. l. tam is. §. 1. *b* tamen testari non potest etiam patre consentiente, b
ut

b Adde an filiusfam. possit testari maximè in aduentitijs in quibus patri nō quæritur vsusfructus. Barto. & Al. in l. imperator. ff. ad Trebel. & quæ est rō quare magis pōt donare causa mortis, quam testari. vnde Barto. Bald. & Franc. de Aret. colum, 21. versic. in ead. glo. in l. qui in potestate. ff. de testament. cyn. Bald. Sal. & Alex. in l. senium. C. de testam. & Bar. in l. tam his. §. 1. hic alleg. & Bart. & Bald. in l. hebeat vnusquisque. & ibi Ias. C. de sacrosanct eccl. & per canonistas in c. Raynaldus. & c. Raynut. de testa. 10. Fab. & Angel. Aret. insti. quibus nō est permissum facere testam. Sed quid an pro anima possit testari? vnde docto. s. alleg. & in c. licet. de sepul. s. eod. cyn, Bald. Sal. & Alexand. in l. senium C. qui testam, facere possunt. & Lurlou. de Rom. in repet. authen. similiter. 23. q. versi. 10. ad colum. 26 vsque satis amp è. C. ad legem Falcid. Abb, Sic. in cons. 63. colum. 3. in versic 4. vol. 1. Lud. Bolog. in primis & in secundis interpre. in l. sicut. §. venditionis ff. quibus modis pign. vel hipothec. & quando dona. debeat præcedere consensus patris, vel sufficit quòd subsequatur, vnde Bald. in le. si vxor. C. de conditio. inser. & Franc. de Crema in suo sing. 95. Quid in filiofamil. clerico? dic quòd potest testari. vt est glos. reputata singu in cap. quia ingredientibus. 19. q. 3. & text. in auth. presbyteros. C. de episcop. &

cler. & doctor. in cap. quia nos de testa. & Cepol. in caut. 256. cum sequen. & in cautel. 169. Et idem in filijs Francigenarum & britonum, qui de aduentitijs possunt testari, vt not. Bald in cap. 1. §. 1. in fin. de frat. nouo benef. inuest. & per gl in uerbo. Romanum Inst. de patria potest. & Franc. de Are. in d. l. is qui potestate. col. 4. & Ale. in addi. ad Bar. in l. placet. ff. de acq. hæred. & vide Dom. de Rota. in deci. 249 in antiquis tit. de do. & Abb. Sicu. in consi. li. 3. & dixi in §. de consue. iurista. per se. lib. consue. Biturigum.

ut d. l. tam is. §. 1. ff. de testam. l. qui in potestate. Si
ergo licet filio militi condere testamentum de ca-
strensi peculio: multò fortius licere debet mortis
causa donare, ut ff. de dona. l. filiusfa. §. vlt. ¶ sed
3 contra regulam solet opponi de pluribus. † Pri-
mò de præside qui habet ius gladij, quod est maius
a vt ff. de offi. præsid. l. illicitas. §. qui uniuersas *a* &
tamen non deportat quod minus. ut ff. de legat. 3.
l. 1. §. ijs quibus. & de iniusto testamẽ. l. si quis filio
exhæredato. §. eius. sed illud quãdo nõ habet insu-
las suæ iurisdictioni subiectas, aliàs secus vr. vt ff. de
interd. & releg. l. relegatorum. circa prin. & no. in l.
inter pœnas. eo. tit. & ideo hæc oppositio nõ facit ad
rem: licet quidam aliter dicant. ¶Item oppo. C. de
4 prædijs decur. sine decr. l. fi. † ubi curialis põt donare
prædia, sed nõ vendere: cum maius sit & difficilius
permissum donare, q̃ vendere. C. de contrar. iudic.
l. 1. sed illud ideo contingit, quia verisimile est ꝙ fa-
cilius venderet. ad hoc vt pretium ex venditione de
ductum deportaret, & ideo facilius inhibetur ven-
ditio, q̃ donatio: quia in donatione cessat ratio pro
hibitionis quæ ad venditionem propriè pertineret.
5 ¶Item oppo. de l. in causæ. ff. de procu. † ubi licet re-
uocare procuratorem in totum, & non in parte.
¶Item oppo. ff. de admi. tut. l. cũ quæritur. & de vsu.
l. Caius. vbi licet nomina contracta in totũ approba
re vel reprobare, sed non in partẽ: sed in illis omni-
bus diuersa habẽtur vnius loco ratione cõnexitatis
officij.

Adde inquãtum quęrit, an filiusfa. possit donare causa mortis sine cõsensu patris. & alleg. Franc. de Crema. suo sin. 69. incip. donatio cã mortis &c. Tu dic breuiter pro expos. prin. hui⁹ apostillæ, ꝙ filiusfam. potest testari ĩ bonis castrẽsibus uel quasi. siue consensu Patris, nec in illorum iudicio eius requiritur consensus regulariter. de quo dixi in l. Imperator. in apostil. in versi. inducto autem peculio. posita super gl. in uersi. filio ff ad Trebel. & apost. Guliel. de cug. post eum in l. fi. §. necessitate. in versi. sine consensu patris nu. 4. C. de bon. quæ liber. & ad hoc quod quæritur quid in filiosa. clerico; vide omnino Bar. in l. si infanti col. 3. versi. & ideo aduerte ꝙ in causis C. de iure deliber.

a Adde Bar. ibi. & in l. 1. §. his quibus. ff. de legat. 3. & Fel. in c. postulasti. col. 10. versi. circa. & versi. limitat. primo. de rescriptis. & Abb. Sic. in c. ex parte. in tertia decisio.

a Adde quando tempus datæ literarum attendatur. Fel. post Abb. sic. in c. est te. in antepenul. col. uers. tempus. de rescri. ubi ponit regulam affirmatiuam cum sex fallen. & uide ipsum in c. pastoralis. in prin. col. 3. eo. tit. & Bal. & Imo. in l. si quis filio. § eius ff. de iniust. rup. test. & Bal. in l. absenti. ff de donat. & Nic. de Neapol. in l. si duas in fi. in prin. ff. de execu. tut. & Ang. Aret inst. quibus mo. ius pa. §. si liusfa. & doct. in c. si eo tempore. de rescri. eo. lib. & nota quod prioritas causatur ratione unius horæ, ut no. in d. cã. pastora: & per Fel. in c. capitulum. ver. de cõcursu duorum. col. 13. de rest. & quæ no. Dy. & ibi dico in addit in regula, in pari causa, & in regula beneficium. & quando secundus impetrans præfertur primo uide gl. in cap. quia sæpe. de præben lib. 6. & Dominic. de Rota. in deci. 403. in antiquis. tit. de rescrip.

Adde quod posui in addi. ad istum post do. Coapostillatorem. suprà in rẽa, non firmatur. in uer. tempus datæ, tangitur aliquid ad materiam prioritatis quando secundus primũ impetrantẽ cõ

offcij: & ideo non est in eis licitum uariare, sicut nec circa eandem rem. ut ff. de damno infect. l. prætor. §. vnde quæritur. & determinatum est s̃. eo. c. mutare. ¶ Item opponi solet. ff. de peri. & commo. ei. l. 1. §. licet. & de pluribus alijs quę no. & rationabiliter solunntur. ff. eo. l. non debet. & ideo repetere, cùm sint tationabiliter scripta, esset potius trãscribere, q̃ notare. & propterea superuacuum. Dy.

IN REG. QVI PRIOR. ARG.

1 *Impetrans primus, in beneficio admitti debet, licet secundus impetrans prior literas præsentauerit.*

2 *Impetratio secunda quando priori sit preferenda. & nu. seq.*

7 *Prior tempore quando potior dicatur in iure.*

8 *Creditor quando creditori debeat præferri. & nu. seq.*

10 *Mulier quibus creditoribus in dote sit præferenda.*

11 *Possidentis conditio quando melior esse præsumatur.*

12 *Hhpotheca expressa quando præferatur tacitæ, & contra, & nu. seq.*

14 *Pignus prætorium habentes an sint reliquis creditoribus præferendi.*

15 *Creditor habens pignus prætorium an præferatur ei qui habet conuentionale.*

16 *Prior tpe in duabus dotibus, potior esse dẽt in iure.*

17 *Priuilegium reale præfertur personali.*

18 *Creditorum omnium quando æqua sit conditio.*

10 *Solutum per debitorem quo casu reuocari possit. & nu. seq.*

REGVLA LIIII.

Qui prior est tempore potior in iure.

¶ † SI vnus primò impetrauit in ecclesia beneficium, alius secundo, & secũdus primo literas pręsentauerit, primus debet esse potior, quia q. prior est tempore impetrationis potior est a in iure beneficij consequendi. vt supra de rescri. ca. si pro te. 1 a

&

& cap.tibi qui gratiam,lib.6.Sed contrà videtur eo.
2 tit. de rescrip.c.si pro te. & cap. duobus. † vbi is qui secundo impetrauit, præfertur priori. sed dicendũ videtur, ꝙ aut vtraque impetratio est simplex, aut altera simplex & altera sub conditione, si ad id episcopi & capituli cõsensus accederet. Primo casu aut
3 apparet, de ordine impetrationis, aut non. † Si apparet, præfertur ille qui primò impetrauit: vt in prçalleg.c.tibi.sed si de ordine apparet, tunc subdistingue: quia aut mandauit vni prouideri, & alteri canonicatũ concessit: aut canonicatũ cõcessit vtriq;, aut neutri. Primo casu præfertur is cui canonicatũ
4 concessit.† Secundo casu præfertur is qui primò p̃sentauit: sed si ambo in præsentando concurrunt, ille præfertur quẽ eligere voluerint illi, vel maior pars illorũ ad quos spectat canonicorũ receptio, & præbendarũ collatio. vt c.duobus. sed si prima impetratio cõditionalis fit, secunda simplex, si fiat ante existẽtiã cõditionis primæ, secunda simplex præ
5 fertur. vt d.c.si pro te.† sed videtur ꝙ existente cõditione prima conditionalis debeat præferri quasi existentia conditionis trahatur ad tempus conces-
a sionis : a vt ff.qui po.hab.pig.in l.fi. de pericu.& cõmo.rei vend.l.necessario.§.ꝙ pendente. quidam dicunt quòd c.si pro te.sit cõtra ius commune, quòd nihil est: imò dicendum est quòd illæ leges loquuntur, & intelligi debent vbi nõ erat in potestate contrahentis.primo sub conditione, secundò purè re-
6 uocare contractum conditionalem.† In proposito autem summus Pontifex poterat primam conditionem reuocare, & ideo multò fortius potuit ei per secundam puram derogare, ut suprà eod.c.cui licet, & patet.ff. qui pot. in pig. hab. l. 1. & l. qui balneum in prin,& §.1.& l.potior.in prin. Item patet in albo decu-
7 rionum & consulum. † Nam qui prior est tempore, prior est in iure ferendarum sententiarum & faciendarum electionum cęteris paribus, ut ff. de albo.scrib.l.1.& 2.C.de cõsuli.l. 1. lib. 12. Itẽ poni posset exẽplum regulæ, in creditorib. quib. res sunt obligatæ. nam qui potior est t.pe, & c.ff.qui pot.in pig.hab.l.potior.& l. creditor.ut C.qui potior.l.si fundnm.sed ad hoc vr̃ obstare.ff. de priuil.credit.l.priuilegia.ubi non ex t.pe, sed ex causa æstimãtur

uenit in p̃sentatione rescri. per Felin. post ra. & alios in c.1. de rescrip. Anto.in c.plerunq;.col.pen. eo.tit. omnes. & p̃cipuè phi. Frã. in c. vt debitus. col. 14. cum 3. seq. & ibi Card. Alc. col.10. de app.

a Adde Dyn. & quę ibi dixi in tra, priuilegiorum, inde addit. & Bar. in l. necessario. ver. vlt. no. ff. de pericu. & cõmo. rei vendi. & l. si filius. de ver bo. oblig. & in l. qui balneũ. in priu. & ibi sing. Alc. in addit. & Bald. in antiq. lect. ff. q pot. in pig. ha. & Bald. in d. l. necessario. I antiq lect. de pe rie. & commo.

† Quare distinguendũ est plenius:aut enim omnes 8
creditores prætẽdunt priuilegiũ reale,aut persona
le omnes,aut quidã reale, quidã personale,aut qui
dã personale,alij nullũ,aut omnes nullum. Primo
casu quãdo omnes prætendunt reale,aut conuẽtio
nale omnes,aut omnes prætorium, *a* aut quidam a
prętoriũ,& quidam cõuentionale.Et si omnes con
uentionale vel quasi,aut omnes expressum,aut om
nes tacitũ:aut quidam expressum,& quidã tacitũ,
Et si omnes expressum,aut eiusdẽ tẽporis,aut diuer
sorum,Si eiusdem temporis,si quidẽ simul & eodẽ
actu vtriq; sit obligata res,admittitur vnusquisque
pro parte dimidia. Si separatim, nec apparet cui
primò,cõtra extraneum possessorẽ potior erit con
ditio occupantis,inter potior erit cõditio possesso
ris,vt l.si fundus,§.si duo.ff. de pignoribus.† Si di- 9
uersorum,tũc nota regulã,& instantiã a regula, re
gula est,Qui prior est tẽpore,&c.ff.qui pot.in pig.
hab.l. potior.& C.eod.tit,l.si fundum.Instantia est
in mutuante in refectionem, ut in auth. de ęqual,
dot.§.ijs consequens.in prin.colla. 7. & ff. qui pot,
in pig.hab. l.interdum.Item in negante se posside-
re qui postea conuictus prætendit hypothec.ut C,
qui potio.in pig.hab. authen. item possessor, item
falllit in eo cuius pecunia res emitur & exp̃sè obli-
gatur,C.qui potiò. in pig, hab. l.licet.† Item fallit 10
in muliere *b* quæ prefertur prioribus habentibus b
